biblie. Cañ. iiij. Tota pulcra es amica mea/ ⁊c. Si em virgo maria fuisset ab originali peccato purgata: tunc aliqñ fuisset i ea macula: qđ reclamat spūssanctus vbi supra/ Itē Prouer. viij. dicit de btā virgine. Nec dum erant abyssi ⁊ ego iam pcepta erā sc̄z in ordinatione diuina/ Si ergo ab eterno deus pordinauit ipam virginē mariam in dei matrē: dignū est vt talem pordinauerit et elegerit/ cui vnq̄ nulla mater in puritate simulis fuit/ Certum est añ euam matrē nostrā in statu innocētie fuisse absq̄ omni pctō. cur ergo maria diceret aliq̄ pctō originali maculata ⁊c. Scđo illud ostēditur 2° auctoritate ecclesie: cui nō licet cōtradicere: vidz cōcilij Basilien. in quo determinatuz est mariam virginem sine originali peccato conceptam. Anno dñi M. cccc. xxxix. vbi dicit q̄ nulli de cetero liceat cōtrariuz pdicare aut docere/ Ita etiā tenet tota vniuersitas Parisiensis. et heresim reputaret cōtrarium asserere ⁊c. Tertio illud ostendi 3° potest auctoritatibz sanctoz/ Et pmo Aug. in de natura ⁊ gra/ Excepta virgine maria cum de pctis agit de qua ppter honorē dñi nullā prorsus volo habere questionē/ Et subiungit/ Hac ergo virgine excepta. si oēs sanctos et sanctas cum hic viuerēt cōgregare possemus et interrogare/ vtrum essent sine peccato: quid fuisse responsum putamus nisi quod ait Johannes. j. Jo. j. Si dixerim⁹ quia peccatū nō habem⁹ ipi nos seducimus et veritas in nobis nō est. Secunda auctoritas est Anselmi. de cōceptu bea 4° te virginis. q̄ ptra illos q̄ mariā dicūt conceptā in originali pctō sic ait/ Inscia ne fuit et potēs dei sapiētia. sibi ex omni pte habitaculū cōdere/ remota omni labe pditiōis hūane/ q̄ angelis peccātibz aliq̄s a peccato seruauit imunes: et feminā etiā matrē suaz futurā ab alioz pctis expertē seruare non potuit/ q. d. vtiq̄ potuit/ et subdit. Statuit eam reginā ⁊ dñatricē fore angeloz/ et nūc inferiorē gratiā aliis factā in cōsortiū acceptam credimus boim pfectoz/ q. d. nullo modo/ qz si est regina angeloz q̄ nūq̄ aliq̄ peccati macula deformati fuerūt: cur ipaz fatemur originali pctō inquinatā. Subiungit. Existimet hoc q̄ vult: argumentis hoc pbet suis. q̄ vult bis q̄ dicam⁹ aduersetur. ego donec ostēdat mihi deus aliquod dignius et excellentius dñe mee posse dici. que dixi dico. q̄ scripsi nō omitto./ Et ad 5° pbandū dicit Anselmus ibidē. Decuit vt virgo beata tali puritate niteret. q̄ maior sub deo neq̄t intelligi. sed certū est q̄ hāc puritatem esse possibilē sub deo intelligimus. vidz eē hoiem sine pctō originali ⁊ actuali: qz talē habuerūt Adam et Eua in statu innocentie. igit ⁊c./ Ad hāc auctoritatē Anselmi dicit Sco. sup tertio. dī. iij. Si decuit ⁊ deus potuit q̄re non fecisset. vt ab omni macula peccati eā pseruasset/ Huius etiā sniē ē sanctus Tho. in scripto primi sniaz. dī. xliij. ar. iij. in solutione tertie rōnis. vbi respondet ad predictā auctoritatem Anselmi. dicēs. puritas intendit̄ p recessum a cōtrario. et ideo potest aliquod causatū inueniri q̄ nihil purius est in rebz creatis si nulla contagione pctī inquinatū sit/ et talis fuit puritas btē virginis. q̄ a pctō originali ⁊ actuali imunis fuit/ tñ sub deo inquantū i ea fuit potētia ad peccādū q̄ peccare potuit. hec Tho. vbi s. Est tñ verū q̄ talis potētia ad peccādū etiā ablata fuit in pceptōe filij sui/ in q̄ in bono cōfirmata fuit vt de cetero in pctm̄ mortale nec veniale flecti posset ⁊c. Secūdo pōt ostendi p rōnes beatā ꝙginē nō eē in pctō originali cōceptā/ et pmo sic. Exquo p mariā virginē lapsus eue tāq̄ p mediatricē aliquo modo reparari debuit. et Eua fuit creata sine pctō ⁊ cecidit in peccatum. decuit vt virgo maria etiā sine peccato cōciperet: licet cōtraxerit penalitates corporis sicut et christus dñs. Secūdo sic Maria ex singulari priuilegio habuit q̄ nō cum dolore peperit: cum tñ in textu Gen. iij. nō excludatur a maledictione que dicta est Eue et omnibus mulieribus sequentibus cum dicitur/ In dolore paries filios tuos: et sub viri potestate eris/ ergo a simili Maria ex priuilegio preseruata est ab oī peccato originali et actuali. licet ꝑm cursum nature post pctm̄ primoz parentū iuxta verbū apli ad Ro. v./ Per vnū hoiem in omnes pctm̄ intrauit/ et per pctm̄ mors in quo omnes peccauerūt/ ad Eph. ij. Oēs eramus natura filij ire/ Et dicit notāter natura. scz corrupta/ q̄si diceret. Ex priuilegio et grā singulari deus hoc pōt impedire/ sicut factum est in virgine maria/ Hui⁹ sniē est Alexāder de Ales super Cañ/ Richar.

2° pbat̄ ut dicitur 1°

de sancto victore/Hugo/Tho. de argentina/Petr⁹ de candia/Nā deus potuit matrē suā a pctō originali pseruare. Similit et decuit rōne matris et filie. Probationē huius vide sermone, rij, in thesauro nouo de sanctis. Tertio potest ostēdi p exempla Marīā virginē nō esse cōceptā in peccato originali/Primū de abbate Elsino vt patet in legenda. Secundū exemplum refert magister Henricus de bassia de hoc festo de q̄dā baccalario formato/q̄ Cracouie p̄dicauit ꝓtra cōceptionē virginis marie: et sic cozruit in terrā et expirauit/Tertium de q̄dā Hebhardo de piscarijs: qui etiā cōtra cōceptionē btē virginis p̄dicauit/et ideo ī missa sacramentū perdidit/Cui z apparuit virgo benedicta dicēs, quare carnē de me sumptā sumere p̄sumis/z volūtarie me maculasti tuis labijs/Quartū de quodā q̄ in ciuitate Lemonicensi tenuit opinionē istā: et cum missam celebraret: lupus oībus videntibus de silua venit et eū strangulauit. Quintū scribit Vincēti⁹ in speculo historiali, ll, vij, ca, cxx, de Hildefonso epō Tolentano/q̄ beata virgo Maria sibi dederit albam/q̄ celebraret festū cōceptionis eius/Et sequēti ca, dicit mariā virginē non esse cōceptam in originali peccato ex dictis su pradicti epī/cum tū ipe Vincentius fuerit de ordīe predicatorū/q̄ valde aduersantur huic sententie dicētes Mariam esse in originali peccato cōceptam z purgatā statim ab originali per sanctificationē in vtero zē/

Sextū est reuelatio sancte Brigitte: in q̄ bus habet/q̄ beata virgo sibi reuelauerit q̄ fuerit sine originali pctō cōcepta dicēte illi/Sicut alicui volenti ieiunare q̄ desiderū comedēdi haberet: sz volūtas resisteret desiderio: p̄ciperet a superiori cui obediendū esset q̄ p obedientiam comederet/Ista comestio maiori remuneratiōe digna esset q̄ ieiuniū/Sic per talē modū cōiunctio parentum meoz fuit quādo ego ꝓcepta sum sine originali peccato/qz sicut filij⁹ meus et ego nūq̄ peccauimus: ita nullū cōiugium fuit quod honestius esset q̄ illud de q̄ ego pcessi, et qū pater et mater cōuenerūt matrimonialiter: plus fecit hec obedientia q̄ carnalis voluptas/qz alij cōiuges conueniunt ex voluptate carnali: mei vero parētes ex obedientia et p̄cepto, sz scito q̄ mea conceptio nō fuit omnib⁹ nota/qz placuit deo q̄ amici sui pie dubitarēt de cōceptione mea: et q̄libet ostenderet zelum suū donec veritas clarescceret in tpe ordinato, hec Brigitta/Sic ergo patet triplici via esse ostensum Mariā virginē nō esse in originali peccato ꝓceptā, vicz autoritate, rōne z exemplis/Vide de hoc pulcerrimū tractatum Dñici bollani ad ducem Venetorū, q̄ hoc p̄bat validissimis rōnib⁹: et argumēta aduersariorum pulcre soluit zē.

Dic cadit dubium quare ecclesia agit festū de cōceptione beate ꝑginis z nō de aliquo alio sancto: cū tñ ois homo cōcipiat ī peccato originali, igit potius deberet agi festū sanctificatiōis q̄ ꝓceptiōis. Solutio. Ecclesia facit hoc ꝓpter tres rōnes/Prima qz fuit cōgruiter impetrata/Scōa qz fuit sublimiter sctificata/Tertia qz fuit firmit bene opata zē. Quantū ad pmū nota q̄ cū Anna z Joachim nō haberent filios: qz steriles. et p multos annos transissent sine plenorōnib⁹ et ieiunijs et elemosynis insistebāt/ vt impetrarēt a deo, plē: nō diffidētes de liberalitate dei: qz qđ natura nō valet gratia supplet/Voto ū etiā fecerūt offerēdi, plē deo in tēplo, diuidebāt q̄z suos redditus vt legitur in tres ptes, vnā scz tēplo, aliā pauperibus, tertiā sibi z familie ꝓcedētes/Et per hmōi ꝓtinuata impetrarūt fecunditatem. Ubi ostēdit exēplo hoc nō displicere deo dummō fiāt sine superstitiōib⁹ z cū cōditione si saluti sue expediat/Apparuit ergo angelus eis z pnunciauit q̄ haberent filiā noīe mariā zē. vt habet in legēda. Quantum ad secundū nota q̄ fuit sublimiter sanctificata ꝑbat p Petrū de taranta, dist, iij, tertij/qz q̄nto q̄s magis accedit ad sanctū sctōz: tāto magis debet habere maiorē sanctificationis gradū: nō em̄ est accessus ad deum nisi p sanctificationē/Maria vero mater christi plus omnibus accedit ad filiū, qui est sanctus sctōz, ergo debuit gradum sanctificationis habere maiorem post filium.

Et ad hoc intelligendū nota tres fore sanctificationes. Prima est communis: que fit per sacramentum baptismi: et hec remouet culpam et confert gratiam. Relinquit tamen fomitem et pronitatem ad peccandum. Et talis sanctificatio est in omnibus baptisatis extra vterum. Se-

cunda est specialis in vtero: sed non statim dum puer ꝯcipit: sed postea. Et hec est duplex. Una cū puer egredit ex vtero matris ⁊ hec fuit Hiere. iuxta illud. Anteqū exires de vulua sanctificaui te. Secūda est qū̄ plenus est adhuc in vtero totus. vt iohānes baptista q̄ in sexto mēse fuit sanctificatus: qū̄ scz virgo Maria cōcepto dei filio salutauit Elisabeth. et hec sanctificatio remouet culpam et pronitatē peccādi mortaliter. Nā Hiere. ⁊ Johānes baptista post hmōi sanctificationē in vtero licet raro peccauerunt venialiter nūq̄ tū mortaliter. vt dicunt doctores in tertio. di. iij. Tertia est specialissima scz in pūcto creatiōis et infusionis aīe. Talis fuit sanctificatio btē virginis in ei⁹ cōceptione. Formato enim corpore virginis ex Anna et Joachim concepto nō ex spū̄sancto: q̄ hoc est solius christi. et creata anīa virginis a deo et infusa: mox ⁊ p eodē instanti sanctificata fuit. Ex quo sequit̄ q̄ beata Maria p nullo instanti aut tpe fuit peccati originalis obnoxia. nec in tali concepta: sed ab eodem specialissime pseruata. quod pbatū̄ est supra triplici via. scz autoritate. exemplo et rōne. quare merito celebrat ecclesia festum cōceptionis ⁊ nō alterius sancti. Ideo dicit Hildefontus toletanus epūs. Beata virgo maria nisi in vtero sanctificata esset: minime eius cōceptio colēda esset. Nūc aūt q̄ autoritate totius ecclesie venerat: ostat eam a pctō originali immūnē fuisse. per quā nō solū maledictio matris Eue soluta est. verū ⁊ bñdictio donata est. Ex quib⁹ possum⁹ colligere q̄ beate virgini i puritate nulla creatura pura cōparari potest. Oportet ergo pulleglū̄ sanctificationis sue omnē sanctificationē aliorum excedere. Nam hec sanctificatio sua i vtero facta est per gratiā singularē totius trinitatis. Etiam pseruauit eam ab originali culpa: et remouit pronitatē ad peccandum tam mortaliter q̄ venialiter: que non fuit in alio sancto homine. et sic patet etiaz ratio tertia. Nam dico q̄ firmiter operata est bonū̄ et cōtinenter. q̄ nullū̄ vnq̄ peccatum cōmisit: nec etiā veniale. Nō sic fuit in alijs ab vtero sanctificatis. Nā oēs venialiter peccauerunt. ideo merito celebrat festum cōceptionis eius et non aliorum sanctorum ⁊c.

De sancto Thomā apostolo.
Sermo VIII.

Dominus meus et deus meus. Joh. xx. A

Pro introductiōe nota q̄ hec cōfessio sancte Thome laudabilis est. ppter tria. quia vera. quia plena. et quia deuota. Vera est: quia verissime ipe est solus dñs. solus deus: vt canit ecclesia in hymno angelico. Dicunt quidā dij multi et dñi multi. nobis aut̄ vnus deus et vnus dñs Jesus christus. j. Cor. viij. Et quia solus dominus: ideo ab omnibus timendus. quia solus deus: ideo ab omnib⁹ est adorandus. Secundo mō est cōfessio plena. omne em̄ credibile aut refert ad humanitatē aut ad diuinitatē fm distinctionē articulor⁹. et iō confitet: dñs meus q̄tū ad humanitatē. et deus meus q̄tum ad diuinitatē. Primus dixit dñs: postea deus. q̄ p visibilia ad invisibilia ascendit. ad Ro. j. Dum p ea q̄ sunt hūanitatis ad ea q̄ sunt diuinitatis venit. Dicit aūt dñs fm humanitatē rōne p̄cij. j. Petri. j. Non corruptibilib⁹ auro ⁊c. j. ad Cor. vj. Empti estis precio magno. Dicit deus a theaste. id est considerare oīa. nulla enim eum latent. Tertio est cōfessio deuota. nō solū corde credidit: sed ex deuotione clamauit. Deuotio enim ē feruor bone voluntatis quā mens cohibere non valens: certis manifestat indicijs. Ideo sanct⁹ thomas exclamando dixit. Dominus meus.

In verbis p̄missis sanctus Thomas in tribus cōmendatur. videlicet in fidei perfectione. in vtili p̄dicatione. in mirabili operatione. Primo cōmendat in fidei pfectione. Ubi nota q̄ sancti thome fides habuit triplicem statum. scz dubitationis. pfectionis. et cōsummationis. Dubitationis: q̄ didimus. nā cum alij discipuli dixerunt: vidimus dñm: ipe dubitauit et dixit. Nisi videro in manib⁹ eius fixurā clauor⁹ et mittā digitū meū ⁊c. Ubi Aug. Illa dubitatio est p̄missa ppter nos. q̄ de⁹ est adeo bon⁹ q̄ nullū malū p̄mittit q̄n bonū̄ ex eo elicere velit. Nam licet dubitatio in se fuit mala. tū bonū̄ venit ex ea. q̄ nostre fidei firmitas. De quo Grego. in Omel. hodierna. Plus nobis valet thome incredulitas. q̄ marie magdalene repētina fidelitas. quia

dum ille palpando ad fidē reducit: nostra mens omni dubitatiōe postposita i fide solidat. Nā sicut dispēsatiue voluit matrem suā despōsare: vt spōsus esset testis ỹginitatis: sic discipulū dubitare pmisit vt esset testis vere resurrectiōis. Ex hoc tñ nemo debet putare sanctū Thomā alijs aplis minorē: eo q in fide dubitauit: q ex hoc nob magna vtilitas cōsecuta est. nā ex hoc seq̄retur petrū esse alijs minorē eo q xpm negauit: q tñ est caput et pnceps oīm aplorū. Vide de hoc exemplū de q̄dā rustico simplici q noluit hre Thomā p aplo suo eo q in fide dubitauit: i Thesauro nouo de sanctis sermone. xxj. ¶ Scdo fides scti thome fuit in statu pfectiōis cū dixit. Dñs meus et de⁹ meus. q tūc sm Bedā altitudinē diuine virtutis resurrectiōe celebrata: fide certa penetrauit. ¶ Nā ut pfectaz fidē habuerit ptz nō tm ex sua pfessione: q dixit. dñs meus tc. sed ex q̄ttuor. ¶ Primo: q xps eius fidem approbauit cū dixit. Quia vidisti me thoma credidisti. aliud q̄dē vidit: sed aliud credidit. Hominē vidit z deū cōfessus est. vbi diuinitatē credidit quam nō vidit tc.

¶ Hic cadit dubiū vtrū de eodē possit esse fides et visio. Nā aplus ad Heb. xj. dicit. Fides est substātia rerū sperandarū argumentū nō apparentiū. Et Aug. super Joh. Fides est virtus q̄ credunt q̄ nō vident. Cū christus dicit Thome. q vidisti me thoma credidisti. Ad hoc rñdet Bonauen. in quarto. di. xxxiij. q visio et fides nō possunt esse de eodē vno et eodez respectu: sed bene diuersis respectib⁹. nā qñ aliq̄d ita videt ex vna pte q ex alia lateat. sm illud qō latet pōt esse creditū: licet ex altera pte videat. Cum ergo in christo videret a thoma vel alio aplo aut ei⁹ matre illud qō ad eius corpus z humanitatē spectabat: tñ diuinitas eius sensum et visum latebat: et sic tm credebat. Et hoc est qō Greg. in omel. dic de thoma. Aliud vidit: aliō credidit vt sup. ¶ Scdo pfectio fidei scti thome patz ex eo q sm Chryf. tres magos baptisauit. qui facti sunt ei adiutores in pdicando. Ex quo patz quantā in fide excellentiā habuit q primitias gentium baptisare pmeruit. ¶ Tertio ex eo q in ciuitate Edissa vbi corpus suum quiescebat nullum hereticū gentilē aut infidelē viuere pmisit: neq̄ aliquē tirannū ibi nocere: postq̄ Abagarus rex illius ciuitatis epistolā manu saluatoris scriptam accipere meruit. et deinde p scm̄ thomā sanatus z in fide cōfirmat⁹ fuit. Nā si q̄ gens aliq̄ cōtra ciuitatē illā insurrexit: infans baptisat⁹ supra portā ciuitatis stans eplam illā legit: et ea die tā saluatoris scriptura q̄ apli thome meritis hostes fugiūt aut placant. Verūtm̄ q̄uis lōgo tpe durauerit: nihilominus postea ciuitas illa capta fuit a saracenis z pphanata sublato beneficio. pter abundantiā pctōr. ¶ Quarto pfectio fidei eius patet ex eo q p fide magna tormēta sustinuit. Nā a pincerna regis in maxillā pcussus fuit: a rege indie incarceratus. Deinde nudis pedib⁹ iussus est ambulare sup laminas ferreas ardētes. Postea in fornacē ardentē est. piectus: et tandē lanceis trāffixus. Sed oia ista tormēta q p fide sustinuit xps sibi in gloriā cōmutauit. Nā de pcutiēte maxillā accepit iustā vltionē. incarcerat⁹ a rege accepit honorificā liberationē. Sup laminas adustus accepit fontis emanationē. In fornace piectus accepit roris refrigerationē. Lanceis pforatus accepit felicē coronationē tc. Tertio fides sci thome fuit in statu cōsummatiōis qñ post eius mortē mutata est in clarā visionē dei. vbi modo triplici de causa est noster adiutor. p fide optimus. q potest scit z vult. Primo potest validissime. Si enim sunt oīa possibilia credēti vt dicit Matth. xvij. q̄nto magis beatifice vidēti. ¶ Scdo nouit plenissime. Ecci. xxxiij. Qui nō est tentatus q̄d scit. q nō est expertus pauca recognoscit. sed ille in fide tēptatus fuit. Unde merito hodie petit ecclesia vt eius fidē cōgrua deuotiōe sectemur. ¶ Scdo beat⁹ thomas cōmendat in vtili pdicatiōe. nam sua pdicatione multū fructū attulit: q mltos cōuertit. Una em̄ die ad pdicationē ei⁹ baptisati sunt nouem milia virorum: exceptis mulieribus et paruulis. Item conuersos nutriuit verbo et exemplo ac corporali subsidio. Verbo quidē: q sollicite pdicauit assimilando verbum dei collirio: emplastro et potioni et cibo. sicut in legenda patet. nā quosdā ad fidem illuminabat: istis apponebat collirium. quosdā a tumore supbie strīgebat: istis apponebat emplastrum. quosdā ad pfessionē inducebat: istis apponebat

potionē. Quosdā timidos ꝺfortabat: istis dabat cibū. Sccdo cōuertebat z nutriebat exēplo. Ūñ etiā in nuptijs abstinebat existens sibi parcus: fuit deo fidelis z deuot⁹. Ūñ dixit Dabano nūcio regis, habeo seruum fidelē q̄ oīm labo⁹ mihi mercedē apportat. Tertio nutriebat corpali subsidio, q⁹ thesaurū de quo placitū facere debebat pauperib⁹ tribuit, et in hoc mūdo puldit z regi et paupib⁹ z sibi. Regi: q⁹ palaciū sibi in celo fabricauit. ℙauperib⁹: q⁹ eos iuuit in eo⁹ penuria. Sibi: q⁹ premiū z laudē p̄ merut. ℚ Circa p̄dicta q̄ro, q̄b⁹ gentibus p̄dicauit sctūs Thomas. Ad qđ rñdet Isiđ. i li. de vi. et obitu sct⁹. Thomas discipul⁹ xp̄i ac filius saluator⁹: audiēdo incredul⁹: videndo fidelis fuit. Dic euangeliū p̄dicauit parthis medis z persis: hircanis et bragmānis, et intrās orientalē plagā et interna gentiū penetrās: ibi p̄dicationē suā vsq⁹ ad vltimū sue passiōis p̄duxit. Jn ei⁹ aūt legēda habet. q̄ p̄dicauit in india: vbi nomē xp̄i plurimū exaltauit. ℰ Sed diceres. q̄ idiomate p̄dicauit p̄dictis gentibus. Ad hoc dico. q̄ sanctus Thomas sicut et ceteri apli p donū linguarū qđ acceperūt in die penthecostes p̄dicauit linguis oīm gentiū. Ūñ Grego. Et est glo. Act. ij. Spiritussanct⁹ sup discipulos i igneis linguis apparuit: et eis oīm linguaꝝ sciam dedit. Et paul⁹. j. ad Cor. xiij. dicit. Gratias ago deo q̄ oīm vr̄m linguas loquor. Qđ declarat sctūs Tho. ij. ij. q. clxvj. dicens. q̄ primi discipuli christi ad hoc fuerūt ab ip̄o electi, vt per vniuersum orbem. fidē ei⁹ p̄dicarent. Nō autem erat cōueniēs. vt qui mittebant ad alios instruendos, indigerēt ab alijs instrui, q̄liter alijs loquerent, vel q̄liter q̄ alij loquerēt intelligerēt, p̄sertim q⁹ isti q̄ mittebant erant alteri⁹ gētis sc⁹ iudee, erāt etiā pauper et impotētes. nec de facili a p̄ncipio reperissent q̄ eoꝝ ꝓba alijs fideliter interp̄tarent, vel verba alioꝝ eis exponerēt: maxime q⁹ ad infideles mittebant, et ideo necessariū fuit vt sup hoc eis diuinit⁹ p̄uideretur p donū linguarū: vt sicut gentibus ad idolatriā declinantib⁹ introducta ē diuersitas linguarū, ita etiā q̄n erāt gētes ad cultū vnius dei reuocande, cōtra hmōi diuersitatē remediū adhiberet p donū linguarum, et cui⁹ fieri potuisset q̄ p vnam linguā apostoli loquētes ab oīb⁹ intelligerentur: tñ cōuenient⁹ fuit. q̄ ip̄i omnib⁹ linguis loquerent, q⁹ hoc p̄tinebat ad p̄fectionem scientie ip̄oꝝ. p quā nō solum loqui: sed intelligere possent ea q̄ ab alijs dicebā⁹ tur. Et ideo glo. Act. ij. dicit. q̄ maiori miraculo factū est q̄ apli oīm linguarū generibus loquerent⁹ zc. ℙ Tertio beatus Thomas cōmendat⁹ i mirabili operatiōe. Que q̄dē apparuit i paradiso. in celo. i mūdo. et in inferno. Jn paradiso quidē i palatio q̄b⁹ regi indo⁹ fabricauit. Jn celo: in luce q̄ sup debiles ac infirmos resplenduit et oēs sanauit. Jn mūdo: in bestijs. sicut i cane q̄ manū p̄incerne ip̄m p̄cutientis abscidit. Jn plantis: sic̄ p̄z in ramo palme pleno dactilis q̄ in manu sponsi ad ei⁹ benedictionē apparuit. Jn hoīb⁹. vt p̄z in plurib⁹ q⁹ miraculose curauit. Jn elementis: q⁹ in fornace ignis p̄iectus in nullo fuit lesus. Idē p̄z in terra. q⁹ in p̄ncipio sepulture ei⁹ manu p̄p̄ria de monumēto extenta ad se venientes dignos cōicauit, z ab indignis manum cū eucharistia retraxit: vt in longa ei⁹ legenda habet. Exemplū de quodā famulo q̄ furat⁹ fuit ficus p duob⁹ denarijs z nō poterat sumere sacramentū de manu apli donec cōfiteret plenarie et satisfaceret. Jtē in inferno: q⁹ ad mandatū ei⁹ demon idolū totū cōminuit et liquefecit. Hāc aūt mirabilem operationē habuit p amorē q̄ eū deo vniuit. a q̄ virtutē operādi recepit. Sicut cū corpus vnitur aīe, recipit ab eo virtutez operādi, et ab ea sepatū: nihil pōt penitus opari. sicut nec peccator⁹ separatus a deo. Juxta illud Joh. xv. Sine me nihil potestis facere. Ūñ Chr⁹. sup Matth. Tria tot⁹ mūdus mirabat. sc⁹ xp̄m post mortem surrexisse, carnē in celū ascendere, et p duodecim apl⁹os piscatores totū mundū conuertisse. Huius aūt quadruplex fuit causa, sc⁹ ℙecunie cōremptus, glorie defectus, secularū occupationū segregatio, et terribilū passionū toleratio. Ⓢ Ultimo circa thema q̄ro. vtrū beat⁹ Thomas de necessitate salutis tenebat apparente sibi dño, z dicente sibi. infer digitū tuū huc zc. cōfiteri fidem diuinitat⁹ et humanitatis in xp̄o? Ad hoc dicendū q⁹ de necessitate salutis tenebat thomas illa hora facere illā cōfessionē, ꝓpter euidentia illius p̄clusionis nota q⁹ ea

que sunt necessaria ad salutē cadūt sub p̄ceptis diuine legis/Confessio aūt fidei cū sit ād affirmatiuū nō p̄t cadere nisi sub p̄cepto affirmatiuo/Uñ eo mō est de necessarijs ad salutē q̄ p̄t cadere sub p̄cepto affirmatiuo diuine legis/p̄cepta aūt affirmatiua nō obligāt semp̄ z p̄ semp̄;sed ꝑ loco et ꝑ tpe/z ſm alias circūstantias debitas ſm qs oportet actus humanū limitari ad ħ q̄ sit actus virtuosus. Sic igit̄ ꝓfiteri fidem nec semp̄ in quolibet loco est de necessitate salutis,sed aliq̄ loco z tpe qñ vicz. p omissionē hmōi ꝓfessionis subtraheret bonor debitus deo,vel etiā vtilitas p̄ximis impēdenda/puta si q̄s interrogatus de fide taceret/z ex hoc crederet vel q̄ nō haberet fidem/vel q̄ fides nō esset vera,vel alij p eius taciturnitatē auerterent a fide/in hmōi em̄ casibꝫ ꝓfessio fidei est de necessitate salutis, sed iste casus est impsentiarū/iam em̄ ꝑmo dixerat thomas q̄ nolebat credere nisi videret in manibꝫ fixuras clauoꝝ z mitteret digitū zc. Modo vero si nō fuisset ꝓfessus ore fidē pfectā de xp̄o,estimatus fuisset nō habere fidē de xp̄o. Uñ dñs ait illi. Noli esse incredulus sed fidelis. Uel estimatus fuisset tenere. q̄ fides xp̄i nō esset vera/vel fortasse alij discipuli visa cōtumacia istius aut taciturnitate auerterent se a fide. Item subtraxisset nō ꝓfitēdo(ex quo iam erat suspectus)honorē debitū deo z vtilitatē a fidelibꝫ quā ex sua ꝓfessione receperūt. Sed diceres. q̄re dñs dicit Luc̄.x. Beati oculi q̄ vident. q̄ vos videtis,et hic dicit/Beati q̄ nō viderūt. Modo videre z nō videre cōtradicūt. ℣ Ad hoc dicendum q̄ duplex est beatitudo. Una ē rei,alia spei. Prima ſm Boetiū est status oīm bonoꝝ aggregatione pfectus/et illa cōsistit principaliter in fruitiōe et aspectu diuinitatis/et cōsequēter in visione hūanitatis xp̄i,motu dilectiōis ad ip̄m/Et hac beatitudine ex meritis nullus p̄t eē dign⁹,q̄ dic̄ Origē, de ritu eccl̄ie. Si q̄s bona cunctoꝝ ppetrasset at q̄ toti⁹ mūdi tormēta attulisset/nōdū tñ eterna beatitudine dign⁹ esset,nisi eā nobis christi amarissima passio meruisset/et de hac beatitudine intelligit illud verbum xp̄i. Beati oculi q̄ vident q̄ vos videtis,q̄ ap̄li viderūt eius hūanitatē/Et vere summe beatus erit q̄ ad banc beatitudinē meruerit puenire/vbi xp̄m nō solū in humanitate ſz i purissima videbit deitate. Ad quā puenit btūs Thomas vbi sine fine fruitur dei visione/et iam nō dicit illud verbū futurū p̄s. Satiabor cū apparuerit gl̄ia tua: sed p̄teritū. Satiatus sum gloria tua/Secunda beatitudo est spei q̄ solū habeē in p̄senti/et ista ꝓsistit in merito future beatitudinis,et iō beatior est hoc mō,q̄ plus meretur nō vidēs q̄m videns/et de hac intelligit p̄ñs verbū xp̄i ad beatū thomā. Bti q̄ nō viderūt z crediderūt zc.

In die sancti Thome apostoli.
Sermo nonus de euangelio.

Vide manus meas et affer manum tuam et mitte in latus meum et noli esse incredulus sed fidelis. Joh.xx.

Hec sunt verba christi per que Thomam discipulū ab errore sue infidelitatis reuocauit/Legitur em̄ in euāgelio q̄ dñs alijs discipulis post resurrectionē absente Thoma apparuit/Qui cū sibi resurrectionē dñi retulissent/audita credere renuit dicens. Nisi videro fixuras clauorum z mittam manū meā in latus suum nō credam. Unde dñs die octauo iterum eis apparēs per verba p̄missa eum reuocauit ab incredulitate dicēs. Uide manꝰ meas zc. In verbis p̄missis duo tanguñt. Primo xp̄i dñi de sua resurrectiōe certificatio ibi,vide manus meas zc. Secdo sancti thome a dubietate z incredulitate resurrectionis reuocatio ibi,et noli esse. Quantū ad primū nota q̄ xp̄s ostēdit thome specialiter suā dilectionē supra ceteros aplos in q̄tuor/Uñ xp̄s exhibuit se ei q̄druplicit. vicz. ad tangendū,ad cōfitendū,ad certificandum/ad inflammandū. Primo exhibuit se ad tangendū. Uñ q̄dam discipuli cognouerūt xp̄m resurrexisse ex visu/vt Lucas et Cleophas euntes in emaus Lu.vl. Quidā ex auditu,vt petrus z ceteri discipuli,ſm illud Marc.xvj. Ite dicite discipulis eius et petro:quia surrexit dñs/Quidaz ex gustu,vt discipuli qui iuerūt ad piscationē Joh.vlti/Sed solus sctus Thomas per tactuz/Nulli em̄ se exhibuit ad tangendū nisi Thome/Uñ xp̄s dixit marie magdalene. Noli me tangere:quia nondum ascēdi ad patrem meū, Joh.xx/Nec se solum

xp̄s primo tho. se dil. q.

1°

De sancto Thoma apostolo

xp̃s thome exhibuit ad tangendū corpus suū/sed et vulnera corpis sui:ita vt digitū mitteret in loca clauoꝝ et manū i lat⁹ xp̃i. ideo in eius laudē decantat ecclesia. O thoma didime p xp̃m quē meruisti tangere te pcibꝫ rogam⁹ altissimis/succurre nobis miseris ne damnemur cū impijs in aduētu iudicis. ℣ 2° Secō xp̃s exhibuit se thome ad cōfitendū. statim em̄ viso ꝫ palpato xp̃o fact⁹ est theolog⁹/verā et integrā fidē xp̃i ꝫfitendo q̃tū ad humanitatē ꝫ diuinitatē dicēs. Dñs me⁹ ꝫ deus meus. Videdo em̄ xp̃m hūc verū hoīem credidit/ꝫ deū hūc eē quē videre nō poterat exclamauit/Sicut em̄ ante passionē nullus apl'oꝝ apte cōfessus est eū esse verum deuz nisi petrus q̄ dixit. Tu es xp̃s filius dei viui. Mat. xvj. Sic etiā post resurrectionē et añ eius ascensionem null⁹ est ꝫfessus xp̃m esse verū deum nisi thomas/ ℣ 3° Tertio exhibuit se xp̃s thome ad certificandū. licz em̄ alijs apostolis xp̃s apparuerit post resurrectionē:tū singulari mō thomā certificauit/in eo q̄ voluit q̄ homo mortalis tangeret corpus glorioſum/hoc autē est singulare miraculū. Vñ Sanfre. Cornoteñ. eps dicit. Nō em̄ credendus est ille minoris meriti p ceteris fuisse/vt ipe solus iudicaret indignus visione dñi. Nam post dies octo iterū venit ihesus et thomas erat cū eis:cui cuncta replicant a dño q̄ pridie locutus fuerat/velut de absente.in quo dñs specialiter thomā se diligere ostēdit. ℣ 4° Quarto exhibuit se el ad flammandū. q̃uis enim ante passionē multa secreta reuelauerit Johanni. vt patet Joh. xiij/tñ secreta ecclesie post resurrectionē nō reuelauit alicui familiarius q̃ thome. Vñ Sanfred⁹ vbi supra dicit/Quid autē mirū si mira deuotione mox exclamauit/dñs meus ꝫ deus meus/Nō em̄ erat iam q̄ de eius diuinitate, q̄ de veritate resurrectionis aliquatenus hesitaret/quē nec arcerēt claustra:nec laterēt secreta. Hec ille. q̃si diceret/Thomas diuina reuelatiōe cognouit xp̃m esse verū deū et hoīem ex hoc/q̄ ianuis clausis ad discipulos venit/ꝫ sic corpus glorificatū se habere oñdit/ꝫ ex hoc q̄ secreta eum scire intellexit replicādo verba thome q̄ dixit alijs discipulis absente iesu. Et rōne hui⁹ reuelatiōis thomas valde accendebat in amore christi/Si enim ex verbis christi accendebantur hi duo discipuli euntes in emaus dicētes/Nonne cor nostrū ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via/et aperiret nobis scripturas. q̃sto magis inflammabat thomas ex cōtactu vulnerū christi/immo et añ passionem christi thomas ostendit magnā charitatē ad christuz dū ipe diceret Joh. xj. de lazaro. Lamus in iudeā Lazarus amicus noster dormit ꝛc. Alijs em̄ discipulis tunc dicentibꝫ/Nōne iudei te volebāt lapidare et iterū vadis illuc. thomas dixit:eam⁹ et moriamur cū eo ꝛc. ℟ Circa primū modum exhibendi est dubiū. vtrū sanct⁹ thomas tetigerit christū Et quidā dicūt q̄ nō ex eo q̄ q̄n vidit immediate credidit/ꝫ p reuerētia nō fuit ausus tangere tantū dñm/ Ideo christus dixit ei. q̄z vidisti me thoma credidisti. nō dixit q̄z me tetigisti/Alij aūt asserūt q̄ thomas tetigit xp̃m vt sic verbis eius obediret. q̄ dicebat ei/Infer digitū tuum huc. Et q̄n christ⁹ postea retulit/q̄z vidisti me thoma ꝛc. accipitur visus p tactu. Nam visus p̄ter suā nobilē modū cognoscendi transferē multotiēs ad actū aliarum potentiarū sensitiuarū/Vñ Aug⁹. Nō ait tetigisti sed vidisti me. q̄n generalit quodā modo sensus est visus/Nā et p alios q̃tuor sensus noīari solet/velut cū dicim⁹. audi et vide q̄ bene sonat/olfac et vide q̄ bñ olet/gusta et vide q̄ bene sapiat. tange ꝫ vide q̄ bene caleat/Vñ et hic dñs dicit. Infer digitum tuum hūc ꝫ vide manus meas/vbi nihil aliud ait q̄ tange ꝫ vide. cum tñ ille oculos in digito nō haberet. Hanc sententiā approbat ecclesia cum de ipo canit. O thoma didime p christū quē meruisti tangere ꝛc. vt supra circa hunc modum exhibēdi ꝛc. ℣ Dz diceret q̄s. Quas vtilitates cōsequimur ex tactu beati Thome. Ad hoc dico q̄ tres. Prima q̄ p hoc in fide cōfirmamur. q̄z in xp̃o tangēdo vulnera carnis sanauit in nobis vulnera mentis. Unde Grego. in omel. huius euāgelij. Plus nobis profuit infidelitas thome ad fidem:q̄ fides aliorum discipulorū credentium/Quia dū ille ad fidē palpando reducitur nostra mens omni dubitatiōe postposita in frde solidat/ ℣ 2ª Secunda vero vtilitas est ista. quia per hoc spes nostra erigit et roboratur/qui cum audis petrū negasse

et thomā dubitasse, paulū pſecutū eccleſiā fuiſſe, dauid homicidiū ⁊ adulterīū cōmiſiſſe. Et de alīs ſanctis maria magdalena et mattheo ⁊c. Et tales pentētes a xp̄o exaltatos fuiſſe tollit̄ merito a nobis oīs deſperatio et ſpes venie tribuit̄. ſm illud ps. Sperent in te oēs q̄ nouerūt nomen tuū: qm̄ nō dereliquiſti q̄rentes te dñe. q̄ſi diceret. Si relinquis ſiue pmittis vt peccent, ſi relinquis vt recidiuēt. tū nō derelinquis vt in pctō pſeuerēt ſi ſaltē faciūt qđ in ſe ē.

3ª Tertia vtilitas. qz p hoc charitas in nobis inflammat̄. Quid em̄ magis amorē noſtrū accenderit q̄z p nobis inflicta vulnera xp̄i tangere. Unde Greg. Super oīa te mihi amabilē reddit calix quē bibiſti. id eſt amariſſima paſſio tua quā p me ex charitate ſuſtinuiſti. Ex dictis patet q̄ nemo debet putare Thomā apoſtolū alīs apoſtolis mīnorem eo q̄ in fide dubitauit. qz ex hoc nobis p̄dicte vtilitates cōſecute ſunt. Nā ex hoc ſequeret petrū alīs mīnorē eo q̄ chriſtum negauit: qui tū fuit caput ⁊ princeps oīm apl̄oz. Huius exemplū habemus de ſimplici ruſtico q̄ thomā dubitantē noluit habere p apoſtolo. vide in Theſauro noſtro ſermone. xvj. Quantū ad ſecundū qđ in themate tangit. ſ. ſcti thome a dubietate et incredulitate reſurrectiōis reuocatio. cum xp̄s dixit. Noli eſſe incredulus ⁊c.

Pro q̄ nota q̄ beat⁹ thomas fuit de reſurrectiōe xp̄i: et de illius diuinitate mō ſingulari certificatus ⁊ ab incredulitate reuocatus. Cū em̄ audiſſet apl̄os recitantes reſurrectionē xp̄i. q̄ eis apparuerat ipa reſurrectiōis die illo abſente. credere noluit: ſed rndit. Niſi videro in manib⁹ eius fixuram clauoz. ⁊ mittā digitū meū in locū clauoz. et mittā manū meā in latus eius nō credā. Ubi Chryſ. ait. Sicut ſimpliciter credere q̄liter cū q̄z credere facilitatis eſt: ita multum inueſtigare eſt glorioſiſſime mentis. ⁊ p hoc Thomas accuſat. Alīs apl̄is enim groſſior exiſtens eam q̄ p ſenſum eſt groſſiſſimū ſcz tactum q̄rebat fidem ⁊ neq̄z oculis credebat. Cū nō ſufficiebat dicere. niſi videro ⁊c. ſed addidit. et mittā digitū meū in locū clauoz: et mittā manū meā in lat⁹ eius: non credā. Sed poſt dies octo dum erāt oēs vndecim cōgregati apparuit illis ieſus. vbi inquit Chryſo. Nō ſtatim xp̄us apparuit ſed poſt dies octo vt interim thomas a diſcipulis admonitus attēdat̄ i maius deſideriū. et fidelior fieret in futurum. ſtans ergo i medio ieſus dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer digitū tuū huc ⁊ vide man⁹ meas: et affer manū tuā et mitte in latus meū. et noli eſſe incredul⁹ ſed fidelis. Cōſideremus quanta fuit benignitas chriſti ieſu q̄ nō expectauit q̄ interrogaret a thoma ſed ex ſua miſericordia q̄ſi cum p̄ueniens inuitat ad ſe cognoſcendū. Rndit vero thomas iam in fide cōfirmatus. dñs meus ⁊ deus meus. Cui xp̄s dixit. Quia vidiſti me thoma credidiſti: beati q̄ nō viderūt ⁊ crediderūt. Ut autē p̄dicta bñ intelligam⁹ duo dubia venīūt declarāda. Primū vtrū corpus glorificatum palpabile ſit a tactu non glorificato. Ad hoc dixerūt quidā q̄ corpus glorificatum eſt intangibile. qđ pbare cōtendūt. qz Grego. in Omel. inqt. Corrumpi neceſſe ē qđ palpat̄: ſed glorioſū eſt incorruptibile. ergo et impalpabile. Inſup Chryſoſto. in omel. ait. Dignū eſt q̄rere q̄liter corpus incorruptibile tangibile fuit mortali manu: ſed ne tumultueris: cōdeſcenſionis em̄ fuit. Cū cōtrariū pbari pōt. Nā Luc. vlti. ca. xp̄s dixit apl̄is. Palpate ⁊ videte. et Greg. in omel. Palpabile fuit p veritatē nature ⁊ ſubtile p effectum ſpiritualis potētie. Preterea in corpore glorioſo erit veritas oſſis et carnis. Caro eſt mollis et os durū. ſz durum et molle ſunt obiecta tactus. ergo corpus glorioſum eſt tangibile. Ad habendū huius dubij expreſſam noticiā ſciendū ſm Bonauen. in. iiij. di. xlix. q̄ cum dico tangibile duo dico. ſcz qđ pōt immutare ſenſum et hoc eſt pfectionis. et qđ nō pōt latere tactum nr̄m: et hoc ē imperfectiōis. Et qz in corpore glorificato remanebit qđ eſt perfectionis ⁊ tollet qđ eſt imperfectiōis. Ideo dicendū q̄ corpus glorioſum pōt ſe pbere tangibile: et pōt nō pbere ſiue latere: et hoc ſm diuerſas cōditiones. Nā tangi pōt qz pōt impellenti reſiſtere. cū ſit corpus verū nō fantaſticum latere pōt. qz pōt penetrare organum tactus. Primū habet per veritatem nature. ſecundū per effectū ſpūalis potentie. Et hec duo cōtraria ſunt in nobis ſed nō i corpore glorioſo. Ad illud autem: quod obiiciebat: quia quod palpatur eſt

corruptibile. Dicendū est q̄ verū est de eo qđ est tactui subiectū, sed illud nō erat ī corpore xp̄i, iō cōdescensionis fuit ꝛc. Secundum dubiū est, q̄s doctrinas hīc possum⁹ ex verbis xp̄i dñi cū dixit ad thomā. Vide manus meas ꝛc. Ad hoc dicendum q̄ specialiter tres. ¶ O Circo quo nota q̄ triplices sunt manus dñi, scz plasmatrices, redemptrices, et punitrices. Manus plasmatrices nihil aliud sunt q̄ dei bonitas et potētia q̄ nos de nihilo creauit, de quibus Job. x. Manꝰ tue dñe fecerunt me ꝛ plasmauerūt me totū. Vide ḡ primo pctōr manus plasmatrices ꝛ cognosce dei potentiā: et hūilia te in oīb⁹ ꝛ deū time. Nā sicut ille manus habuerūt potētiā de nihilo te plasmandi, ita adhuc hūt potentiā te cū volue rint dissipandi. Ideo dicit btūs petrus. j. Pe. v. Humiliamini sub potēti manu dei. Fatuus ergo est ille q̄ differt recōciliari illi cuiꝰ beneficio, i. gr̄a subsistit. In manib⁹ em̄ dñi vita ꝛ mors, bonū ꝛ malū. Eccī. xv. Vide ergo manus plasmatrices ꝛ hūilia te p pniam sub eis, et ne differas de die in diem, subito em̄ veniet ira illi⁹ ꝛ disperdet te. Eccī. v. Secdo sunt manꝰ redēptrices xp̄i: et sunt realiter manꝰ corpales ip̄i⁹. de q̄bus Esa. xlix. In manib⁹ meis descripsi te, non inquā p suprapositionē colorīs sīc faciunt scptores ꝛ pictores: sed p clauoꝝ cōfossionē. In illis aūt manib⁹ relucet dei misc̄dia et iō si peccatorē nō mouet potētia plasmatoris ad p̄uersionē siue penitentiā: saltē eū moueat misericordia redēptoris. Ecce q̄ dulciter alloquit dñs peccatorē dicēs. Vide manus meas ꝛc. quasi diceret. Recogita q̄nto amore p te sustinui vulnera ꝛ reama me. Facit em̄ xp̄s more nobilū. q̄ volentes reuocare aues suas carnes rubricatas aut aliud rubeū ei⁹ ostēdūt. Sic xp̄s volēs peccatorē errantē reuocare rubricatas manus sanguine suo ostēdit dicēs. Vide manus meas ꝛc. Et ideo hec verba debent esse ad p̄solationē oīb⁹ infirmis in extremis laborantib⁹ acsi diceret illis xp̄us. In omni temptatione q̄ tibi occurrit a diabolo ꝛ a mundo ꝛ a carne dum morti appropinquas. vide manꝰ meas ꝛc. i. recōmenda te amarissime passioni mee, hoc enim sit vltimū refugiū tuū. q̄ ex p̄pria virtute non poteris stare nec demonē vincere: sed per meritū passionis mee p q̄ xp̄s dñs voluit radicari memoriā passionis sue ī cordib⁹ nr̄is. Dicit em̄ Jnno. iij. de vii. cōdi. hūa. q̄ in fine cuiuslibet hois xp̄s apparebit in cruce. Tertio sunt manus punitrices, ꝛ nihil aliud sunt q̄ dei iusticia q̄ vnicuiq̄ tribuit fm merita sua. Si em̄ peccatorē non mouet redire misericordia redēptoris: saltem moueat eū iusticia punitoris. Vide ergo manus meas punitrices et ptimesce iusticiā. Si em̄ pensares quantā iusticiā deꝰ exerceret ī purgatorio taceo de inferno: vtiq̄ pertimesceres. Audi qualiter clamant pauperes anime in purgatorio. Miserēmini mei miserēmini mei saltē vos amici mei: q̄ manꝰ dñi tetigit me, scz puniendo. Job. xix. Q̄ durus ē hic tact⁹. Excedit ei illa pena vt dicit Aug⁹. omnē penā huius mūdi, et hr̄ in. c. fi. de pe. di. vij. Nō em̄ differt a pena inferni nisi q̄ ista temporalis: illa eterna. vt dicit Grego. Studeat ḡ q̄sq̄ sic hic delicta corrigere vt post mortē nō oporteat eū hāc penā tolerare. Et inuocem⁹ sanctū thomā. ꝛ sibi sedule seruiam⁹ q̄tenus ī nr̄is necessitatib⁹ ꝛ maxime ī extremis succurrat. Vt aūt cognoscam⁹ q̄stū sctūs thomas sibi seruientib⁹ succurrat audiam⁹ exemplū de quodā medico. vide in thesauro nouo sermone. ij. in fine ꝛc.

In die natiuitatis xp̄i de euangelio ꝛc. ¶ Sermo X.

Impleti sunt dies vt pareret ꝛ peperit filiū suū primogenitū. Lu. ij. ¶ A Circo in introductione thematis nota q̄ in sacra scriptura triplex reperit xp̄i natiuitas, scz eternalis, temporalis, et spiritualis. Eternalis est qua xp̄s ab eterno ex deo patre nascitur fm quā habet patrē sine matre. illā repsentat prima missa q̄ habetur hodie in media nocte. q̄ omnino occulta est. Esa. liij. Generationē eius quis enarrabit. In q̄ canit p introitu illud ps. Dñs dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Dicit ego: singulariter et nō alius. Spiritualis natiuitas xp̄i ē q̄ fit in mēte cuiuslibz iusti. Hā fm mgrm in p̄mo di. xv. Filꝰ dei visibiliter semel missus ē, frequent mittit a pie īuisibiliter in aīas iustoꝝ vt p̄cipiat ꝛ agnoscat. Percipit aūt ꝛ cognoscit p inspiratione boni

Affectus/quotiēscūq; em̄ bonū affectū cōcipimus/z ad effectū pducim⁹/totiēs filiū dei cōcipim⁹ z generam⁹/Ūñ Leo papa. Deus p affectū ꝯcipit:p effectū nascit/p p fectū nutrit et tribulatōibꝫ roborat/Sicz hāc natiuitatē spiritualē xps habet patrē et matrē.de q̄ in euāgelio Mat.xij. Qui q̄s fecerit voluntatē patris mei ille meus pater. sozor et mater est/Hec spūalis repsentat p tertiā missam.q̄ clara die celebrat z in ea fit mentio in euāgelio Joh.j. Erat luxvera q̄ illuminat z/Tertia natiuitas xpi est tpalis siue carnalis qñ de matre temporaliter sine patre in salutē oim natus est vt hoiem redimeret z ei vtā vite mōstraret. Et de hac loquit thema/Impleti sunt dies. Et repre sentat p secundā missam q̄ canit in aurora/ q̄ est partim lucida z ptim obscura/Sic z tpalis natiuitas xpi ptim est occulta/ptim manifesta/Occulta q̄tum ad modū: manifesta q̄tū ad factū. Hanc natiuitatē hodie celebrat scta mater ecclesia/et de ea intēdo loqui zc. Impleti sunt dies zc/In q̄bꝫ verbis duo principaliter ꝯtemplari debemus/Primo xp̄m nascentē/scōo virginez parturientē/Primo ꝯtemplari debemus xp̄m nascentē in q̄ cōsiderare debemus natiuitatis mirabilitatē. ¶ B Est em̄ admirabilis:q̄ mirabiliter facta ex pte beatissime plis/z q̄ mirabiliter est ostēsa i factis miraculis/et tertio q̄ mirabiliter facta ex pte generis būani/Primo dico q̄ natiuitas xpi mirabilis est ex pte plis triplici rōne. Primo q̄ subitanea et in instanti taz in vtero q̄z extra vterū/Nostra aūt natiuitas siue ꝯceptio est successiua z in tpe. ¶ C Ubi aduertendū sm theologoz doctrinā q̄ corpus xpi in sua ꝯceptiōe fuit in instāti formatū.z q̄tuz ad pfectionē membroz/et ptium ipius pfecte organisatū/Ūñ Greg. xvij.moral. Angelo annunciāte z spūsancto aduenīēte mox verbū in vtero:mox intra vterū verbū caro/Et magister in tertio dis.iij. Verbū nō suscepit nisi carne formatum/Hoc aūt cōgruū fuit sm sctm Tho. et Bonauen.triplici rōne/Prima est ex pte verbi assumētis/q̄ nō debebat p̄bū assumere pte būmane nature.sz totā.i. carnem et animā. q̄ nō debet vniri nisi carni organisate/Scōa rō ex pte virtutis operantis. q̄ virtus diuina operat miraculose.S autē est mīrāculū q̄ femina concepit sine viro:/ Ideo ad ostensionē potētie subito formauit illud corp⁹/qđ naturalit nō pōt nisi successiue/Tertia rō fuit ex pte p̄ginis ꝯcipiētis q̄ statim vt ꝯsensit repleta fuit spūsctō. et mr̄ dei effecta/et q̄ mater dei nō erat nisi esset deus vnit⁹ būane nature.iō statim cū cōsensit deus homo factus est/Corp⁹ itaq; illud sic formatū adeo paruū fuit vt magister dic̄ q̄ obiectū oculis vix videri potuisset/Quantū vero ad quantitatē molis.nō statim pductū est sed successiue tā in vtero q̄z extra/qđ cōueniens fuit sm Bonauen. triplici rōne/Primo ppter legis vniuersitatis cōseruatiōz.q̄ deus nō operat miraculis vbi natura pt opari/et quia natura poterat corp⁹ illud successiue ad pfectā q̄ntitatē adducere:iō nō statim ex miraculo cōpletū fuit/Scōo ppter fidei cōfirmationē. vt scz oīderet q̄ habuit verā z nō fantasticam carnē/Tertia rō ppter būilitatis z charitatis xpi ꝯmendationē/q̄ p nobis cū excelsus deus esset.tā pusus videri voluit. Scōo natiuitas xpi ex pte plis est mirabilis.q̄ in alijs ꝯceptionibꝫ naturalibꝫ ples nō est alterⁱ nature.sed tm̄ eiusdē cū mre. In hac mirabili ꝯceptiōe proles nō tm̄ est eiusdē nature cū matre/sed etiā alteri⁹ nature.s.diuine cū patre/Tertia rō ex pte plis/ q̄ in hac ꝯceptione et natiuitate mater est posterioz prole/et sic impletū est verbū sapientis Eccī.xxiij. Qui creauit me requieuit in tabnaculo meo/In alijs natiuitatibꝫ naturalibꝫ mater nō est posterioz/sz poz est ple. Scōo natiuitas xpi est admirāda nō solū ex pte plis sed etiā ex miraculis ipa die natiuitatis ostēsis/Nulla em̄ est creatura in q̄ nō fuerūt ostensa mirabilia. ¶ D Ubi nota q̄ oīs creatura aut habet esse tm̄ vt lapides z oīa elementa/aut hz esse z viuere vt oīs planta/aut habet esse viuere z sentire vt oīa bruta/aut habet esse viuere.sentire z intelligere vt oia rōnalia. ¶ E Primo ḡ creatura habēs solum esse sicut elementa z corpora celestia in die natiuitatis signum admirationis ostendert/Et primo hoc apparuit in terra/Nam vniuerso orbe pacato et imperio romano suppositoroma ni ad honorē deorū quoddā templū mire magnitudinis et pulcritudinis ꝯstruxerūt/ ab idolis suis q̄rentibꝫ q̄tum duraret/dixe

rũt, quousq; virgo pareret, tũc romani pro impossibili habentes q̃ virgo vnq; pareret, vocauerũt illud templũ pacis eternũ. Sz iuxta vaticiniũ ea nocte q̃ virgo pepit fundit⁹ corruit. Similiter iuxta vaticiniũ Hiere. p totũ mundũ vniuersa idola corruerũt. Scdo hoc apparuit ī elemẽto aque. Nã fons ẽ rome q̃ p aq̃ oleũ emanauit die natiuitatis x̃pi, z tã copiose q̃usq; ī tyberim pfluxit, prophetauerat eĩ sibilla. Quãdo crũpet fons olei x̃ps nasceť. De hoc miraculo scribit Innocentiꝰ, ĩ. Tertio hꝫ apparuit ī elemẽto aeris q̃ ipa nocte tanta claritate refulsit q̃ noctẽ in lucem diei cõuertit. Quarto hoc apparuit ī elemẽto ignis q̃ lucem suã sup aerẽ tenebrosum effudit, et diei claritatẽ adduxit. Quinto hoc apparuit in celo z hoc triplr. Primo q̃ ipo die tres soles visi sunt ī oriẽte q̃ paulatim in vnũ corpus solare puersi sunt. Scdo q̃ visa ẽ rome imago v̄ginis cũ puero circulo aureo in celo circa solẽ ostẽsa. Octauiano a sibilla. Tertio in stella magoꝝ hac die ipis ostẽsa, q̃ formã pulcerrimi pueri habebat, in cuius capite crux fulgebat, dixitq; eis. In in deam ite regẽ natũ q̃rite. Scdo natiuitatẽ admirabilẽ oñdit creatura q̃ nõ solũ habet esse sed etiã viuere. Nã vinea engaddi que balsamũ pducit, ipa nocte floruit et fructus pduxit. Tertio hoc apparuit in creatura q̃ supra esse z viuere hz sentire, vt sunt bruta aialia sicut dicit Bonauen. de boue z asino, q̃ postq; Maria pepit z puerũ in psepio reclinauit, mox genuflexerũt z eũ adorauerũt sic saltẽ suo mõ. Juxta illõ Esa. j. Cognouit bos possessorẽ suũ, z asin⁹ psepe dñi sui. Isiõ. etiã Hispalen. in quodã sermone de natiuitate domini dicit, q̃ instãte x̃pi ntiitate aialia bruta fari voce hũana nõ dubitaĕ. Nã bos in roma. z agn⁹ ī egypto locuti sũt hũana voce, deo em̃ hec oĩa et maiora sunt possibilia. Sic legiť Nũe. xxij. q̃ asina Balaam locuta fuit. Quarto hãc natiuitatẽ mirabilẽ oñdit creatura rõnalis, nã z angeli pastoribꝫ nunciauerũt, et deo gloriã cantauerũt, et ipi pastores postea alijs retulerũt. Itẽ dicit Hiero. sup illud Esa. ix. Lux orta est eis, q̃ in nocte natiuitatis dñi tanta fuit lux q̃ oẽs sodomite extincti fuerũt, qõ deus iõ fecit, vt oẽs eradicare, vt in natura quã assumpserat tanta immundicia de cetero nõ inueniret. O deꝰ omnipotẽs, vtinã nũc finis esset huius mali nephãdissimi, inuebe ꝓtra tales tã extra q̃ intra matrimoniũ rẽ, dic vt scis. Tertio natiuitas x̃pi fuit mirabilis facta ex parte hũani generis, q̃ deꝰ ptermissa nobilitate sublimi natura scz angelica, q̃ p pctm̃ erat corrupta, assumpsit naturã infimã z infirmã. s. humanã. Sz q̃re deꝰ nõ assumpsit angelicã naturã, in eadẽ angelos lapsos et hũanã naturã redimendo. Solutio. ꝓpter tres causas. Prima q̃ angelꝰ peccauit nullo suggerẽte, z sic ex apprehensiõe z ꝺditiõe electiõis angelice nature pctm̃ eiꝰ erat irremissibile, q̃ statim cõfirmatus fuit ī malo, hõ aũt peccauit ex suggestione aliq̃ impellente, et sic poterat aliq̃ adiuuãte resurgere rẽ. Scda causa oẽs angeli mali simul peccauerũt, nõ aũt oẽs hoies: sed vnus peccauit actu z alij ī virtute, z sic iustũ fuit angelos malos finalẽ damnationẽ cõsequi, nõ aũt hoies q̃, ꝓprio arbitrio nõ peccauerũt. Tertia causa tota hũana natura erat lapsa in ꝓmo hoĩe. Angelis aũt q̃busdã peccãtibꝫ manserũt alij integri, et sic magis decuit naturã hũanã q̃ tota corruerat ī natura assumpta p diuinã, miscẽtaz repararĩ q̃ naturam angelicam q̃ nõ tota corruerat.

Scdo ꝓncipaliť circa ꝓba thematꝫ cõtemplari debem⁹ v̄ginẽ parturientẽ. Circa qõ dico q̃ natiuitas x̃pi est mirabiliť facta ex pte dñe scz marie virginis parẽtis, et hoc q̃ntupliciter. Primo mõ q̃ mulier sine viro ꝺcepit, scdo q̃ ꝺcipiẽs v̄go pmansit, tertio q̃ in partu v̄go inuiolata pmansit, q̃rto q̃ pariẽdo dolorẽ nõ sensit, quinto q̃ simul mater z filia fuit. Primo dico q̃ valde mirabile fuit q̃ muler sine viro cõcepit. nã ꝓtra naturã ẽ q̃ sine vtriusq; cõmixtiõe generet aliq̃s, vñ et ipa mater sapiẽtissima illud sciẽs dum cõceptũ angelꝰ ei nũciaret ipa ait. Quõ fiet istud rẽ, q̃si diceret, fm naturã inferiorẽ est impossibile, et sic soli deo est possibile, et sic quartũ modũ mirabilem faciẽdi hoiem deꝰ ostẽdit. Nam sicut dicit Anselꝰ, deus põt q̃ttuor modis hominẽ facere, scz sine viro z femina sicut fecit adam de limo terre. Sine femia z de viro sicut fecit euam. De viro z femina sicut cõmunis ꝓbat vsus. Et q̃rto ẽ v̄gine sine viro sicut hodie mirabiliter factũ est. Scdo

Quarta stella qua videntes magi gauisi sunt gaudio magno valde rc. dicitur spiritualis, que est fides. Hanc viderunt in corde, de qua Ecc. xliij. Species celi id est celestis hominis gloria stellarum id est virtutum. Inter quas prima dicitur fides. Hac videntes magi in corde suo gauisi sunt no solum gaudio magno, sed et valde. Nam nisi fidem diuinitatis habuissent ex visione pueri vel matris eius parum gauisi fuissent. Sed propter fidem credentes deum esse et summum bonum gauisi sunt valde. Et propter istam veram fidem procidentes adorauerunt eum. Non enim adorat nisi deus. Deut. vj. Dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies. Adorabis cultu interiori recognoscendo eum vt principium et finem tui et omnium, et illi soli seruies cultu exteriori vt domino summo eius precepta seruando. Cognouerunt igitur isti per veram fide hunc esse deum, et propterea adorauerunt. Unde Chryso. in Omel. Videamus quid glorioium magi videtes in puero gauisi sunt. Nunquid viderunt palatium marmoribus splendidum? nunquid matrem eius diademate coronata, aut i lecto aureo recumbente? Nunquid puerum auro inuolutum? Nunquid regina diuersis populis personante? no. Sed quid? pandochium vtiq tenebrosum et sordidum, r magis animalibus q hominib aptum. Matrem eius vix tunica vna habentem, r tale quale habere poterat carpentarii vxor pegre constituta, viderut et puerum panis sordidis inuolutum in presepio sordidiori positum.

Si terrenum ergo regem querentes venis
sent magis cōfundendi erant q̄s gauisuri
Nunc autē q̄ celestē querebāt: et si nihil re
gale videbant in eo: solius tm̄ stelle testimo
nio contenti erant: putas ne adorassent in
fantem: nisi intelligerēt adorationis bonoꝛ
rem: nisi aliq̄d diuinum credidissent in eo/
Ergo nō puerile bonorē dederūt: sed diui
nitati eius oīa intelligenti. Hec Chryſ. Ex
hac stella fidei p̄cessit radius p̄fecte pietaꝛ
tis: quā ex muneribꝫ ostenderūt/ Ex muneꝛ
re auri venerātes in eo p̄sonā regiā: in thu
re diuinā: in myrra mortalē naturā eiꝰ aſ
sumptā/ Ab his discam⁹ offerre deo inteꝛ
gram fidem nostrā nō in pte: q̄ em̄ christū
credit nō esse deū sed creaturā: vt arrius vl̄
iudeus aut paganus: hic non offert thus
q̄ deo offerꝛ. Qui nō credit eū fuisse verū
hominē sed fantasticum vt Manicheus.
Nec fuisse mortuum vt saracenus et thurꝛ
cus. hic nō offert myrrā mortalitatē signāꝛ
tem/ Qui dicūt deū nō hīe p̄sidentiā oīm
vt dñm vniuersoꝝ et sapientissimū nō ofꝛ
ferunt aurū/ Qui nō habēt amaritudinē peꝛ
nitentie peccatoꝝ suoꝝ. nec mortificāt pasꝛ
siones suas sed eas sequunt: hi nō offerūt
myrrā. qui deuotas orōnes et p̄ces ad deū
nō dirigunt hi in thure deficiunt/ Qui veꝛ
ro deum sup oīa nō diligūt: hi aurū nō ofꝛ
ferunt. q̄ per aurum dilectio significatur.
Imitandi igit̄ isti magi sunt et ad radium
pietatis ex fide eoꝝ adoremus x̄pm cū veꝛ
ra fide et ope dilectiōis deuotionis et moꝛ
tificationis. ¶ Quinta stella quā maꝛ
gi videntes gauisi sunt gaudio magno valꝛ
de ꝛc. est intellectualis q̄ est angelus. Dꝛ
Baruch. iij. Stelle aūt dederūt lumen in
custodys suis: et letate sunt. Hāc viderūt in
somnis q̄ p angelū sūt admoniti ne rediꝛ
rent ad herodē: sed ipo duce redierūt p aliā
viam/ Et reuersi in suā regionē edocti sunt
per frequētes apparitiones angeloꝝ/ Tanꝛ
dem baptisati a beato Thoma aplo. coadꝛ
iutoꝛes facti sunt ipius in p̄dicando fidem
christi. donec beato fine quieuerūt/ Horū
coꝛpoꝛa primo per Helenaꝫ Constantini
matrē rapta in cōstantinopolim sunt trāsꝛ
lata/ Postea p̄ sctm̄ Eustoꝛgiū epm̄ Meꝛ
diolanū trāslata. Deinde anno dñi M.c.
lxij/ postq̄ Fridericus primus imperatoꝛ
Mediolanū destruxit. Raynaldus Coloꝛ
niensis archiep̄s a mediolano Coloniam
transtulit vbi in magna reuerentia ꝛ popuꝛ
li deuotione choꝛuscant/

De Epiphania dñi.

Sermo. xxxiiij. de euangelio.

Vidimus stellā
eius in oriēte et venimus cū muꝛ
neribus adorare eum. Mat. ij.
Cōsuetudo est longe introducta
q̄ q̄n̄ princeps magnus acq̄rit aliq̄d maꝛ
gnum dominiū vel cōsequitur victoriā deꝛ
inimicis suis. tūc capitanei et cōmilitones
sui cōgratulant̄ ei. populus autem ciuitaꝛ
tis vadit obulam ei cum canticis ꝛ iubiloꝛ
et barones eius offerūt sibi munera/ Siꝛ
mili modo veniēs dñs iesus rex regū maꝛ
gnus et excelsus. habens victoriā de natuꝛ
ra humana rapiens ipam de manu diaboꝛ
li per mysteriū incarnationis sue/ primo et
antea venerūt cōmilitones sui angeli vicꝫ
vt habet̄ Luc. ij. dicētes. Gloria in excelsis
deo. Deinde populus suus. i. pastoꝛes. qui
p̄out patet ibidē q̄n̄ discesserūt ab eis anꝛ
geli loquebantur ad inuicē. transeam⁹ vsꝛ
q̄ bethleem et videamus hoc verbū quodꝛ
factum est quod ostēdit nobis dñs. Et veꝛ
nerunt festinantes et inuenerūt Mariā et
Joseph et infantem positū in p̄sepio. Poꝛ
stremo aūt venerūt reges ab oriente hieꝛ
solymā ad offerēdū et munera dicētes verꝛ
ba thematis. Vidimus stellā ei⁹ in oriente
ꝛc. ¶ In verbis p̄dictis tria tangūꝛ
tur q̄ in hoc sermone erūt declaranda. Priꝛ
mum dicitur apparitio. in principio. Vidiꝛ
mus stellā ꝛc̄. Secundū aduentatio. ibi. et
venimus ꝛc̄. Tertium adoratio in fine cuiꝫ
concluditur. adorare eum/ Primū dicitur
stelle apparitio. quia dicunt magi. Vidim⁹
stellam eius in oriente. De hac stella treꝛs
fuerunt opiniones/ Prima est eoꝝ qui
dixerūt q̄ fuit spiritussanctus. qui sicut apꝛ
paruit apostolis i linguis igneis: ita et maꝛ
gis in specie stelle/ Secunda fuit eoꝝ qui
dicunt q̄ stella illa fuit angelus qui appaꝛ
ruit pastoꝛibus in specie humana. et ipis i
specie stelle/ Tertia opinio fuit mathemaꝛ
ticoꝝ/ qui dicunt q̄ illa fuit stella fatalis
sub cuius cōstellatione natus est christus.
¶ Hee aūt opiniones reꝛobantur per doꝛ
ctoꝛes. vt Chryſosto. et Nicolaus de lyra.

Sermo XXIIII

sanctum Tho.iij.pte.q.xxxvj.ar.lxx/q illa stella fuit vera stella nō vna de celestib⁹ stellis,sed de nouo ꝓducta in aere vicino terre q̄ ꝑm dei voluntatē mouebat. Quod etiaz cōfirmare videt Aug.in lib.cōtra Faustū dicēs/Nō ex illis erat stellis que ab initio creature itinerum suoꝝ ordinē sub creatiōnis lege custodiunt/sed nouo virginis partu nouum sydus apparuit/Hoc aūt ostenditur esse verū ex sex in q̄bus differebat ista stella ab alijs stellis/vicz i natura,situ,motu,tpe,claritate,et officio. De q̄b⁹ vide supra sermone,xxiij. E. Si Hz diceres. A quo didicerūt magi q̄ talis stella xp̄m natū significaret/Rūdet Aug⁹./Primo q̄ didicerūt ab angelo./Apparuit q̄dē eis primo signū stelle quā cū admiratione aspicētes,desiderabāt intelligere q̄d hoc esset/z vl vigilantib⁹ vel dormientib⁹ angel⁹ mysteriū xp̄i declarauit/Hoc videt Aug.opinando asserere/vñ i sermone de ephia ait. Si dictur⁹ es a q̄bus audierūt q̄ talis stella xp̄m natū significaret ꝓfecto ab angelo aliq̄ monitione reuelationis/Criso.ꝙo sup Mat.dicit se inuenisse i q̄busdā libris licz apocryphis/q̄ in ptib⁹ orientis erāt q̄daz sapientissimi reges q̄ vel descenderāt de stirpe balaā,vel ad eos ꝓphetia balaā deuenerat in q̄ dixerat/Oriet stella ex iacob z̄c. Ex q̄ diuulgatū fuit apud eos/q̄ nascēte xp̄o stella q̄dā admirabilis z insolita appareret/ꝙre statuerūt vt eligerēt duodecim/q̄ sollicite ꝓsiderarēt ortū illi⁹ stelle/Qō vt melius facerēt/in q̄dā altissimo mōte.cōstruifecerūt quoddā palatiū/cū copia rerū necessariarū ad victū/et ibi ꝑmanebāt istis deuote deprecātes deū,vt stellā hāc ipis ostēderet/Quib⁹ orantib⁹ nocte media qū nat⁹ est xp̄s,apparuit sup eos in aere stella ꝑfulgida,in cui⁹ summitate erat imago pueri parvuli,sup cui⁹ caput crux splendebat/q̄ illis dixit/Ite velocius in terrā iudā z ibi regē xp̄m deū z hominē natū inuenietis./Narrauerūt vero ista sapientib⁹ regionis illius/q̄ de ipis tres elegerūt,q̄ irent z munera p̄ciosa deferrent z puerū natū adorarent. Secundo ꝑm Beꝛn.didicerūt ꝑ diuinam reuelationē. Un dic̄ q̄ q̄ ꝑ stellā eos foris admonuit,ipe in occulto eos edocuit ꝑ gratie illuminationē. Unde Leo papa in sermone ait. Preter illā speciē stelle que corporeū excitauit aspectū/fulgentior veritatis radius corda eoꝝ perdocuit/Sicut em̄ ꝓbetē visione imaginaria illustrabantur intrinsecus,vt intelligerēt dei secreta vētura/Ita potuit esse,vt aspicientes magi signum visibilis stelle illuminarentur a deo vt cognoscerēt q̄ natus esset xp̄s. Sed q̄reres vtrū ꝓ natiuitas christi fuerit conuenienter magis per stellam manifestata. O

Ad cui⁹ euidētiā nota q̄ natiuitas christi fuit diuersis diuersimode manifestata. Primo pastorib⁹ per angelum Luc.ij.qui dixit. Annuncio vobis gaudium z̄c.quia natus est vobis saluator mundi/Secundo magis per stellam vt hic/Tertio iustis vt Symeoni z anne in templo per instinctuz spiritussancti.quadragesima die a natiuitate.Luc.ij. Triplici autem ratione christus voluit natiuitatē suam magis per stellam manifestare et nō per aliaz creaturam/vicz ꝓpter cōgruentē attractionem/propter p̄cedentem ꝓnunciationē/et propter cōuenientē demonstrationē/Primo propter cōgruentem attractionē. Nā vt dicit sanct⁹ Tho.iij.parte.q.xxxvj.ar.v. Respondendo ad questionē/q̄ conueniens fuit christi natiuitatē magis per stellā manifestare/quia deus cōsueuit homines vocare ad se per eis cōsueta/eo q̄ cōsuetis facilius credimus/Sed magi erāt viri exercitati in philosophia z astrologia/et cōsueti fuerūt cursus stellaꝝ inspicere./Ideo deus cōuenienter eos ad se reduxit ꝑ stelle apparitionē/Quia vt dicit Criso. Per consueta eos dns vocare voluit eis cōdescendens/Pastores vero q̄ iudei z rudes erāt ac corporalibus dediti,qui consueti erant diuina respōsa ꝑ angelos recipe/ꝑ q̄s etiā legē acceperāt, ꝑm illud Act.vij. Accepistis legē in dispositione angeloꝝ./Ideo ꝑ angelos eis reuelata ē xp̄i natiuitas/Symeon vero et anna q̄ fuerūt hoīes iusti q̄bus cōsuetū est z familiare edoceri ꝑ diuinam inspirationē,absq̄ exteriorum signorum demonstratione,ideo manifestata est eis christi natiuitas per interiorē instinctū spiritussancti,ꝑm illud Luc.ij. Responsuz accepit Symeon a spiritusancto non visurum z̄c. Secunda ratio,ꝓpter p̄cedentē designationem,quia sicut dicitur in libro q̄stionū noui et veteris testamēti. Magi illi

sequebant traditionē Balaā q̄ dixit Nūe. xxiiij. Orietur stella ex iacob/ Ūñ videntes stellā extra ordinē mūdi, hanc esse intellexerunt quā balaā futurū indicē regē iudeoꝝ ꝓphetauerat/ ideo xp̄s magis voluit ipsis suam natiuitatē manifestare p stellā. Tertia ratio ꝓpter cōuenientē demonstrationē/ vt em xp̄us suam natiuitatē purissimā demonstraret per stellā, eam magis manifestauit/ Nam stella purissimū corpus est: et sic natiuitas eiꝰ est pura// Primo ex pte matris. Ūñ cantat ecclesia. Sicut sydus parit radiū sic virgo filiū part formā// Scōo ex pte plīs, qz est candor lucis eterne z speculū sine macula. Sap. vij. Q Secundum declarandū qđ in themate tangit est magorū aduentatio, qz dicūt, venimus zc. Ubi de tribꝰ videbim// Primū dicit ꝓprietas/ secundū velocitas, tertiū localitas. Circa primū q̄rit. Cur isti reges nuncupantur magi. Et de hoc est triplex responsio fm q̄ magus tripliciter dicit, scz maleficus, illusor, et sapiens. Primo vocant magi, i. malefici. Nā Exo. vij. Malefici pharaonis dicunt magi. Dicit em Crisost. istos fuisse maleficos: sz postea cōuersos/ qbꝰ dñs voluit natiuitatē suā reuelare, et eos ad se adducere, vt p ꝫ peccatorib exhiberet fiduciam. Secundo quidā hos reges dicunt ab effectu magos. i. illusores, ex eo q̄ herodem illuserūt: quia ad eū nō redierūt/ Tertio dicunt magi, i. sapientes. Nā dicit Raba. Magi sunt q̄ de singulis rebꝰ philosophantur/ Ūñ magus idē est qđ sapiēs/ nā p se magus hebraice scriba, grece p̄hus, latine sapiēs dicit/ Ūñ z magi q̄si sapientia magni. De his sic dicit Remigiꝰ. Sciendum est autē q̄ varia est de magis opinio/ Quidā ei dicūt eos fuisse chaldeos, z chaldei p deo stellā colebāt, et idcirco dixerunt q̄ nuncupatio eoꝝ deoꝝ ostenderit verum deū natū/ Alij dicūt personas eos fuisse. Nōnulli dicūt illos de vltimis finibꝰ terre fuisse/ Alij vero asserūt eos fuisse nepotes Balaam, q̄ inter cetera ꝓphetauit. Nūe. xxiiij. Orietur stella ex iacob zc. Illi vero p hāc ꝓphetiā mox vt viderūt stellā nouā intellexerūt regē natū, z venerūt adorare eū. Hec Remigius/ Et ill' pz q̄ verbū magoꝝ dicētium. Vidimus stellā eius in oriente, non est sic intelligendū/ q̄ ipis in oriente positis stella apparuerit existens in terra iuda/ sed quia viderūt eam in oriente existentē p̄cessit eos vsq; in iudeā. R Secundū dicitur velocitas, vbi quero/ Quo tēpore isti magi venerūt ad xp̄m/ Et circa hoc sūt varie opiniones/ Quidā em dicūt q̄ p biennium añ xp̄i natiuitatē apparuit stella ista/ et tunc mirabant magi q̄d esset, xp̄o añ nato reuelatū est magis p angelos q̄ stella significabat xp̄m natū/ et tūc inceperūt venire z in. xij. dieb venerūt et puerū adorauerunt/ Alij dicūt q̄ p annū añ xp̄i natiuitatē stella magis apparuit/ et tunc ceperūt venire. et ꝓpter nimiā distantiā p totū illū annum pfecti sunt/ in. xij. vero die alterī anni cū xp̄s nunc esset. xij. dierum applicuerūt ad ip̄m. Nōnulli insuper tenent q̄ in die natiuitatis apparuit stella. et tunc magi inceperunt venire et post annum. xij. die secundi anni venerunt ad christū/ Sed hoc fm doctores stare non potest, qm̄ vt Matth. et Luc. testant. postq̄ impleti sunt dies purgationis marie postea statim xp̄s fugit in egyptū et mansit ibi septē annis/ Et sic magi secundo anno post eius natiuitatē nō inuenissent eum in bethleem/ Ideo cōmunis opinio habet. q̄ in natiuitate dñi stella primo magis apparuit/ z tunc ceperūt iter suū et. xij. die cum christus tredecim dierū essz ad ip̄m stella duce venerūt/ Et si queritur. Quō in tā paruo tpe p tāta terrarū spacia venire poterāt/ scz ab oriente in hierusalem/ que in medio mundi dicit esse sita/ Respondet Remigiꝰ q̄ puer ad quē ꝓperabāt eos in tā paruo tpe perducere potuit/ Uel fm Hiero. respondet q̄ sup dromedarios venerunt. q̄ sunt animalia velocissima/ et tantum currunt in vno die quantū equus in tribꝰ/ Uel si reges p̄dicti fuerūt de genere balaam. regio eoꝝ nō multū distabat a terra promissionis/ ideo potuerūt iter suū tam breui tpe expedire/ Et q̄ dicit illos ab oriente venisse intelligi pōt/ q̄ ab illa regione venerūt que iudeis in parte orientali est propinqua. S Tertium dicit localitas. vbi querunt doctores quare isti magi specialiter venerūt hierusalē potius q̄s ad aliā ciuitatē iudee/ Respondet Remigiꝰ q̄ triplici de causa/ Primo quia magi cognouerunt tempus et non locum/ sed hierusalem regia ciuitas erat et crediderūt q̄ christus

non nisi in vrbe regia nasci debuisset. ideo venerũ illuc vt locũ natiuitatis certi⁹ discere possent. vt implerẽt illud Esa. ij. De syon exibit lex et verbũ dñi de hierusalem. Secũda vt iudei essent inexcusabiles. als potuissent se excusare dicẽtes. nos scimus locũ et nõ tps. ideo magi annunciauerunt eis tps dicẽtes. Vbi est q̃ natus est rex iudeorũ. Tertio vt ex studio magor̃ damnaretur pfidia iudeor̃. Quãta fuerit tũc negligẽtia iudeor̃ ptz p se. Nã magi vni⁹ pphete crediderũ scz Balaam. Isti pluribus nõ crediderũ. Illi querũt alienum. isti nõ ꝓpriũ. Illi venerunt de longinquo. isti mã serunt in ꝓpinquo. Hec est antiqua duricia iudeorum. De quo ps. Non crediderunt verbis dñi. Unde Grego. In omnibus signis que nobis nascẽte dño vel morientẽ mõstrata sunt. cõsiderandũ nobis est quãta fuerit in ꝙrundã iudeor̃ corde duricia que hunc nec p ꝓphetie donum. nec p miracula agnouit. Omnia quippe elemẽta auctorem suũ venisse testata sunt. vt em̃ de eis quodã vsu humano loquar: celi hũc deum esse cognouerũt. q̃ ꝓtinus stellã miserũt celi vicz aerei. Mare cognouit: q̃ sub plantis eius calcabile se prebuit. Terra cognouit. q̃ eo moriente cõtremuit. Sol cognouit: q̃ lucis sue radium abscõdit. Saxa z parietes agnouerũt. q̃ tpe mortis eius scissa sunt. Infernus cognouit. q̃ quos tenebat mortuos viuos reddidit. Et tñ hũc quẽ deum oĩa insensibilia elemẽta senserũt: adhuc infideliũ corda iudeorum deum esse minime cognoscunt. z duriora saxis scindi ad penitentiã nolunt. Hec Grego. Ecce quãta fuit z est iudeor̃ ingratitudo. Et q̃d de malis christianis dicemus q̃ peiores sunt iudeis. ¶ Tertiũ q̃d in themate tangit est magor̃ adoratio. q̃ dicũt. venim⁹ adorare dñm. Ad cui⁹ euidẽtiã nota q̃ isti magi tria cognouerũt se habere ab illo puero scz corp⁹. animã. et tpalem substantiã. Jõ etiã tria ei exhibuerũt. Primo habuert ab eo corpus: ideo procidentes id est ad terram cadentes. Secũdo animã. ideo adorauert eũ adoratiõe scz latrie firmiter ipm credentes esse deũ. Vñ Leo papa in sermone ait. Adorãt magi in carne verbũ. in infantia sapientiã. in infirmitate ꝓtutẽ. in boĩs veritate thronũ maiestatis. Vbi ꝙro vtrũ xps et eius humanitas sit ãdorand⁹ adoratiõe latrie. Solutionẽ huius vide infra sermone de oĩbus sctis. Tertio habuerũt ab eo tẽporalẽ substantiã. iõ apertis thesauris suis obtulerũt ei munera aurũ thus et myrram Nã vt Remigi⁹ inqt fuit traditio antiquorũ vt null⁹ ad deũ vel ad regẽ vacu⁹ introiret. Persi aũt z Chaldei consueuerũt offerre auruz thus et myrrã: quib⁹ regio eorum abundabat ¶ Utrũ aũt oẽs illi tres obtulerũt oĩa ista munera diuersimode teneã a multis. Quidã em̃ dicũt q̃ vn⁹ eor̃ p oĩb⁹ obtulit ista munera. Alij ꝓo q̃ vnus obtulit aurũ. ali⁹ thus. ali⁹ myrrã. Alij⁹ videt z melius q̃ q̃libet eor̃ obtulit ista tria. ¶ Est aũt talĩ⁹ munex oblatiõis rõ mystica fm Aug. i sermõe hui⁹ diei. q̃ aurũ ad tributũ. thus ad sacrificiũ. myrra ad sepulturã ptinet mortuor̃. Aurũ g̃ offert q̃si regi magno. thus imolat deo vero. et myrra tã q̃ p salute hominũ morituro. ista q̃ tria pdicta significabãt in xpo regiã potestatẽ. diuinã maiestatẽ. et huanã mortalitatẽ. Uel fm Beriũ. aurũ obtulerũt ꝓpter releuandã pauptatẽ. thus ꝓpter tabuli fetorẽ tollẽdũ. myrrã ꝓpter mẽbror̃ xpi solidationẽ. et hec rõ est literalis. Innocenti⁹ ꝓo dicẽ q̃ hec tria munera significãt tres substantias in xpo. aurũ qõ vniuersis eminet metallis significat diuinitatẽ. thus redolẽs pciosam significat animã. myrra ꝓmes phibẽs a corporibus significat corp⁹ xpi mortale non sentiens stimulos viciorum.

De sancto Ualentino epo Patauien. patrono. Sermo. XXV.

Domine preue nisti eũ in benedictiõibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide pciosso. ps. xx. Uerba ista cõuenienter recitant ad laudẽ z gloriam sancti cõfessoris et pontificis patroni nostri Ualentini: cuius hodie festa celebramus. quem dñs puenit et subsecut⁹ est in multis benedictionib⁹ gratie sue. que sibi perdulces fuerunt. Nihil em̃ amarum amanti. quia charitas omnia suffert. et oĩa sustinet: ex apli sententia. Omnia ergo opera illius benedictiõe dulcedinis plena erãt. quia omnia meritoria. per que eternã consecutus est a dño benedictionẽ quam dñs

dñs dat⁹ est in finali iudicio omnib⁹ electis suis dicens, Venite benedicti patris mei pcipite regnū ⁊c. Hec aut̄ benedictio ad aliud est q̄ corona quā dñs posuit in capite eius. Ideo bñ dicit de eo thema, Domine pueniſti eum in benedictiōib⁹ ⁊c. In verbis p̄missis duo tanguntur que veniunt declaranda. Primū est benedictio, in principio, Domine pueniſti eum ⁊c. Secundū coronatio cum cōcluditur, posuisti in capite eius. Ad euidentiā primi nota q̄ beatus Valentinus et quilibet alius iustus homo plures percipit a deo benedictiones in triplici statu, vicz in vita, in morte, et post mortem. Primo in vita percipit ab eo quattuor benedictiones. Prima dicitur remissionis, quia ei omnia peccata dimittit. Sm illud ps. Qui ꝓpiciat omnibus iniquitatib⁹ tuis. Hāc benedictionē p̄mittit deus pcōrib⁹ Joel. ij. Cōuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio ⁊ fletu et planctu, et scindite corda vra ⁊ nō vestimēta vra, et quertimini ad deū vrm, et sequit. Quis scit si quertat ⁊ ignoscat ⁊ relinquat post se benedictionē. Secūda bñdictio dicitur dilectiōis. Nā deus et oēs sancti diligunt hominē iustū et bonū. Quilibet autem homo iustus dicit qui est sine mortali peccato, vñ Joh. xv. saluator dicit. Vos amici mei estis si feceritis ea q̄ precipio vobis. Cōsideret nūc vnusq̄sq; an ea faciat q̄ precepit dñs et statim inueniet se esse amicum dei. Et aduerso sequit q̄ nō facientes q̄ dñs precepit dicuntur inimici dei. Sicut sunt omnes violantes p̄cepta decalogi, vt periuri, violantes sabbatū, inhonorantes parentes ⁊c. Tertia benedictio iusti dicit accumulationis. Nā meritū suū cōtinue crescit in celo, et omnia opera sua cooperant sibi in bonū. Sm illud ad Ro. viij. Scimus q̄m diligentib⁹ deum oīa cooperantur in bonum. Quia oīa que hic i mūdo deliberate agūt et vera charitate: veniunt eis ad meritū, imo non solū bona que agunt: sed et etiā mala q̄ sustinent. Unde si iusto moritur filius, si amittit res temporales siue sint boni siue mali, dñi vel plati, boni vel mali socij, amici vel inimici, sp dñs hoc sibi ordinat ad lucrū suū ⁊ ad bonū, licet ipe ꝫ nesciat. Vñ ps. Oīa q̄cūq; faciet psperabunt. Quanto ergo diutius iustus viuit in seculo: tāto maior erit in celo. Hz nō sic impij nō sic: sed tāq̄ pulus q̄ disp̄gitur sine fructu, ita oīa iniusto pueniūt in malū: etiā bona tpalia, q̄ de talib⁹ est deo ingrat⁹ ⁊ male expendit. Quarta bñdictio iusti in hac vita dicit exaudit̄iōis. Nā dominus semp exaudit oratione eius, Sm illud ps. Voluntatē timentiū se faciet ⁊ deprecationē eor⁹ semp exaudiet. Licz iustus nō sp sciat se exaudiri, deus em̄ nō sp exaudit ad voluntatē: sed magis ad necessitatē et vtilitatē tanq̄ bonus medicus q̄ magis nosc̄it egritudines infirmi q̄ ipe infirmus. Deus em̄ facit vt pia mater q̄ licet diligat filiū suū paruulū: tm̄ cū filius petit inutile aut nociuū, vt ignē vel cultellū: tūc mater eū nō exaudit. Hec sunt q̄ttuor benedictiones dulcedinis quas pcipiūt timētes deū hic in vita, vnus tm̄ plus q̄ alter: q̄to magis vn⁹ plus pficit i meritis q̄ alter. Quis aūt dubitat q̄n tāto amplius⁹ btūs Valentinus cōsecut⁹ est has benedictiōes quanto magis hic in mundo pfecit suis meritis ne dum in se sed etiā in populo xp̄i quem sibi multū acq̄siuit sua irrep̄hensibili vita ⁊ doctrina. B Scdo btūs Valentin⁹ p̄uent⁹ est bñdictionib⁹ dulcedinis i morte. Et pnunc adducaz duas benedictiōes q̄s dñs dat electis suis in morte. Prima dicit p̄parationis. Dat em̄ dñs eis gratiā p̄parandi se ad suscipiendū sacramēta ecclesiastica q̄b⁹ iteruz iustis augent merita hic in terris et p̄mia in celis. Scda dicit defensionis, q̄ dñs iustis angelos suos i morte mittit vt eos defendāt a demonib⁹ et cōfortent aīam in temptatiōib⁹ et tandē eam egredientē cū gaudio de corpe suscipiunt. De his duab⁹ benedictionib⁹ dicit Eccī. j. Timenti deum bñ erit in extremis ⁊ in die defunctiōis sue bñdicet. Et Deutro. xxviij dicit, Benedict⁹ eris ingrediēs ⁊ egredies. Egredies scz de corpe, et ingrediēs scz i requiem. Reuera tūc q̄libet hō indiget bñdictione magne securitatis, quia tūc inimici eius cōcordi volūtate et malignitate veniunt cōtra eum. Vñ Greg. Maligni spūs vndiq̄ in morte animā coangustant dū ei nō solū opis: verū ⁊ locutionis atq̄ insup cogitatiōis iniquitates replicāt. Has bñdictiones in morte dulciter habuit sanctus Valentin⁹ patronus noster. Nā cū exitus

viri del appropinquasset tps obit⁹ sui non ignoras se ecclesiasticis sacris cōmunit fecit, et deinde i pace obdormiuit, cui⁹ aiam sanctā angeli cū iubilo celo intulerūt. Corpus vo ei⁹ in castro Mayensi in eccl'ia sancti Zenonis nō longe a Tyrolis honorifice sepelitur vbi multis claruit miraculis. Et locus sepulture eius tanta venerabat frequentia fidelīū q⁹ sanctus Corbinianus Frisingeñ, eps ibidē apud sanctū valentinū suā elegit sepulturā, et deinde post mortem suā ibidem ad sepeliendū apportatum est, vt habet in eius legenda. Deinde post decursum tpis corpus beati Valentini de eodē castro a longobardor⁹ gente honorifice in vrbē Tridentū translatū est. Demū ab illustri duce Bauarie Tassilone in ciuitatē Patauieñ, cū summo honore euectū est, qō et ibidem magnifice honorat et colitur, vbi etiā multis claruit z hodie claret miraculis. Tertio dns puenit sanctū Valentinū i bndictiōibꝫ dulcedinis post mortem. ¶ Et pīertim in sex bndictionibꝫ quas dns cōfert suis electis post mortem. Prima bndictio dicit aduocatiōis. Nam qn aia iusti post mortē ad iudiciū particulare venerit et nō plenerationē de suis peccatis facere potest: tūc xps erit aduocatus eius exponēs p eo suā passionē deo patri, sm illud ad Ro. viij. Christus ihesus q⁹ mortuus est q⁹ z resurrexit: q⁹ etiaz interpellat p nobis. Et j. Joh. ij. Aduocatū habemus apud patrē Jesum xpm iustū, et ipe est propiciatio p peccatis nostris. Secōa benedictio dicit ꝯsolatiōis, bndicet eī dns iustis in finali iudicio dicēdo eis cū maxia ꝯsolatione. Venite benedicti patris mei pcipite regnū zc. Esurivi et dedistis manducare zc. Propter hoc dicitur Prouerb. xxij. Qui pronus est ad misericordiā benedicet. Sic ecōtra q⁹ tard⁹ est ad misericordiā maledicet, faciet ergo q̄libz, put sibi dicit Eccli. vij. Pauperi porrige manū tuā vt pficiat ꝓpiciatio tua, gratia dat⁹ in ꝯspectu oīs viuentis. Gratia datus id est ꝓpter datū pficietur ꝓpiciatio tua in mūdo z benedictio in iudicio vbi in ꝯspectu oīs viuētis dicetur tibi. Venite bndicti zc. Tertia benedictio post mortē dicit pticipationis. Nā si post mortē intrat purgatoriū particeps erit omniū bonor⁹ q̄ fiunt in ecclesia militante vt sic citius liberet. iuxta illud ps. Particeps ego sum omniū timentiū te zc. Et tāto magis q̄to magis hic se fecit pticipē bonor⁹ ecclesie, siue q̄nto magis hic meruit vt illa bona sibi post mortē suffragant. Dixime aūt hoc fit p opera misericordie corporalia et spiritualia z singulariter ea que impendunt animabꝫ in purgatorio, vt si hic libenter p eis oraſti aut eis subueniſti: tunc etiam tibi tāto magis bona ecclesie cedent ad liberationē a purgatorio, q⁹ heu pauci sunt iusti q̄ intrent purgatoriū. Quarta benedictio dicit satietatis, q⁹ post liberationē a purgatorio omniū satietate replebitur i celo, et quecunq⁹ desiderat anima eius ibi habet p⁹ voluntate sua, sm illud ps. Qui replet in bonis desiderīū tuum. Quinta benedictio dicitur gaudiositatis, quia recipiet speciale gaudium a quolibet sancto et angelo dei, tot em̄ habebit gaudia ꝓter prop⁹ria quot sunt sancti in celo et angeli beati. Sexta benedictio dicit dotationis, q⁹ in resurrectione generali habebit duplicez stolam, scz corporis z anime. Tunc em̄ nō soluz premiū habebit in ania de operibus bonis, sed etiam in corpore, quia corpus quattuor dotibus glorificabit, vicz impassibilitate, īmortalitate, agilitate, et claritate. Et tanto amplius istis dotibus premiabitur q̄nto magis corpus suū exercitauit in bonis operibus et virtutibus. Ultra has dotes specialiter fulgebit in celis beatissimus patronus noster Valentinus aureola doctorū siue confessorū p⁹out in sequenti articulo declarabit. Secundū q⁹ in thmate tangitur declarandū dicitur coronatio, quia coronatus corona de lapide pcioso. ¶ Ad cuius euidentiā videndum est de tribus. Primū quid est corona qua dns coronat sanctos in gloria. Secundū in q̄b⁹ differt corona ista ab aurea aureola z palma. Tertiū an sanct⁹ Valentinus etiam coronat⁹ sit aureola. Ad primū respondetur sm doctores in quarto dist. xlix. q⁹ p coronam beatorū nihil aliud debet intelligi q̄ premiū essentiale siue beatitudo essentialis beatorū cōsistens in clara dei visione et perfecta cum gaudij fruitione. quod habet beati omnes in deo clare sic viso et amato, per quā beatitudinē rationalis creatura pfecte cōiungitur deo. Et dr corona

per similitudinē qz meritū quo illud pmiū hic meretur fit cum quadam pugna, fm illud Job. vij. Militia est vita hominis super terrā: victori autē debetur corona. Secundo dicit corona ideo: qz per hoc pmiū fit homo particeps diuinitatis aliquo mō et sic p hoc etiā fit pticeps regie dignitatis, fm illud Apoc. v. Fecisti nos deo nostro regnū z sacerdotes. Corona aūt est ꝓprium signū regie dignitatis. Et ideo essentiale pmium q̄ homo sic fit pticeps deitatis et q̄dammodo regie potestatis dicit corona. Tertio dī corona, qz corona significat q̄ndam perfectionē rōne figure sue circularis que est perfectissima figurarum. Et ex hoc etiam cōuenit perfectioni beatoꝝ in patria. Et quia beatissimus patronus noster sanctus Valentin⁹ hic viriliter pugnauit cōtra carnem mundū et diabolū: et victoriaz obtinuit. Ideo nunc dñs in eterna benedictiōe ipm hac corona coronauit. Est autem hec corona de lapide pcioso: quia ē declara visione christi dñi fm diuinitatem et humanitatē, qui dicitur lapis abscisus de monte sine manibus. Dañ. ij. quia conceptus ex Maria virgine sine virili semine. Dicitur autem maria mons ꝓpter eminentiam sue dignitatis, et quia omnes ad eam confugientes p auxilio saluant tanq̄ in monte. Dicitur etiā christus lapis angularis. De quo in ps. Lapidez quē reprobauerūt edificantes hic fact⁹ est in caput anguli. De hoc ergo precioso lapide beatus Valentinus habet coronā qua est coronatus. ℰ Secundū cōsiderandū in q̄b differt corona ab aurea aureola et palma. Ad hoc dico fm docto. vbi supra q̄ corona idem est qđ aurea. Nam aurea est premium substātiale qđ alio noīe metaphorice dicit corona. Tum ex pte meriti: qz nō respondet generi opis sed radici charitatis. Tum ex pte premij p quod fit aīa pticeps diuinitatis. Palma vero est pmiū accidentale qđ nec radici charitatis nec generi operis debet: sed tm̄ volūtati. Tale pmiū habuit sctūs Martinus eo q̄ martyriū desiderauit: licet opus nō fuerit subsecutū, vñ de eo canit ecclesia. Quē et si gladius psecutoris nō abstulit: palmā tñ martyrij non amisit zc. F Aureola vero est pmium accidētale qđ rñdet operi excellenti et priuilegiato scz martyrio, virginitati, et p dicationi. Nā vt dicūt doc. Sicut ex gaudio essentialis premij qđ est aurea redundat in corpore beatoꝝ q̄dā decor qui est in gloria corporis: et ꝺr dos corpis, sic aureola licet principaliter sit in mente: per quandam tñ redundantiā fulget in carne. Et sic fm Bonauent, vbi supꝝ, aureola est quidam decor in corpore vel gaudium de tali decore qđ habet de opib⁹ a se factis q̄ habēt rationē excellētie victorie. Ex pdictis soluit tertiū q̄ glorioso pontifici nostro sancto Valentino etiā debetur aureola. Et hoc ideo, qz per doctrinā et pdicationē suā hic in mundo obtinuit pfectissimā victoriā cōtra demonem illū repellendo non solum a se sed etiā ab alijs quos sua doctria illuminauit in his que sunt de pertinentib⁹ ad salutem.

S Nam vt cōcludunt doctores trib⁹ generibus hominū specialiter ad hoc priuilegiatis debet aureola, scz martyribus, pdicatoribus, et virginib⁹, et hoc triplici ratione. Primo rōne excellentis operatiōis, qz in virginib⁹ martyribus et pdicatorib⁹ inueniunt tria excellentissima opera trium potentiarū aīme. Excellentissimū em̄ opus rōnalis est pdicatio veritatis. Excellentissimū opus cōcupiscibilis est obseruatio virginitatis. Excellentissimū aūt opus irascibilis est tolerantia mortis. Secōo debetur aureola virginib⁹ pdicatoribus z martyrib⁹ rōe excellētie supatiōis, ipi nāq̄ magnifice superāt hostes aīe, scz mundū, demonē, et carnē. Nā martyres singulariter vincūt mundū: eo q̄ volūtarie sustinēt mortem ꝓpter xpm. Doctoꝝ aūt inter oēs passiones exteriores illatas est oib⁹ pncipalior. Virgines insup singularē victoriā de carne obtinēt, q̄ius aūt et vidue pugnāt ꝓtra carnē, pfectius tñ virgines triumphant: qz nobilissimū victorie gen⁹ est nūq̄ hosti cessisse. Predicatores aūt veritatis z doctores diabolū sublimiter impugnant quē nō solum a se sed etiam ab alijs sua doctrina ejciunt. D Hec est dicendum vt quidā volebant q̄ aureola doctorum debeat tantummodo prelatis z magistris gradatis: quibus cōpetit ex officio predicare. Sz q̄ buscunq̄ qui licite exercent actum docendi in his que ad salutem pertinent siue in scolis legendo: siue in ambone predicādo

siue etiã doctrinã cõscribendo ꝛ cõponendo eoꝝ q̃ ad salutẽ ptinẽt, qz p talẽ doctrinam expugnat diabolus a cordibꝫ hominum tãq̃ armis quibusdã. Sm illud apli. ij ad Corꝝ. x. Arma militie nre non carnalia sunt sed spũalia. Prelatis aũt ꝛ doctoribus nõ debet hec aureola nisi actu pdicent siue doceant, qz aureola non debet habitui sed actui. Tertio debet aureola virginibꝫ doctoribꝫ, et martyribꝫ rõne excellentis cõformationis. Hi equidẽ nobilissime conformantur christo qui fuit virgo et virginitatẽ illibatã seruauit. Fuit martyr in sua passione acerbissima. Fuit doctor ꝛ pdicator q̃ veritatẽ mũdo manifestauit. Sunt ꝛ alie innumere huius sancti patroni nri benedictiones quas ostendũt sanitatũ signa i cecis et claudis ꝛc. Quare illum pie veneremur sperãtes suo patrocinio ciuitatẽ Putauien. ab imminẽtibꝫ malis custodire put quondã i repulsione inimicoꝝ fecit. q̃ hãc ciuitatẽ nocte intrauerũt vsq̃ ad valuas ecclesie: et tandẽ gratiã dei obtinere, quã nobis cõcedat Jesus ꝛc.

wann. j.

De sancto Valentino epo Putauien. patrono.

Sermo XXVI.

Gloriã mundi sprezit cũ suis oblectationibꝫ: et ideo meruit prouehi ad summũ sacerdotij gradũ. Hec verba canit ecclesia ad laudẽ sancti Valentini

Quantũ humana glia sit fugiẽda christus nos docuit verbis ꝛ exẽplis. Ipe cũ cum populus eum voluit facere regẽ postq̃ satiauit eos de quinq̃ panibꝫ ordeaceis et duobꝫ piscibꝫ fugit solus in montẽ. Jo. vj. spernẽs gloriam mũdi et magis eligẽs pro salute nostra cõfundi in hoc mũdo q̃ honorari. Ideo ipe ait Joh. viij. Ego gloriam meam nõ quero, est qui querat ꝛ iudicet, et Matth. xj. ait. Discite a me qz mitis sum et humilis corde. Et iterum Luc. xiij. Omnis q̃ se exaltat supple in hoc mũdo, humiliabit supple in futuro ꝛ ecõuerso. Hoc ẽ qđ ait Mat. xviij. Nisi conuersi fueritis ꝛ efficiamini sic puulus nõ intrabitis in regnũ celoꝝ. Paruulus aũt q̃is nobilis ꝛ delicatus nullũ spernit: sed cuilibet sibi blandienti arridet ꝛ se iungit. Ecce quõ xps dñs summꝰ sacerdos nos ẏbo ꝛ exemplo docuit gloriã huius mũdi spernere et cõtemnere. Hoc attendẽs btus Valentinus a iuuẽtute studuit pompã et gloriã huius mũdi deuitare ideo bene cõgruunt sibi verba thematis q̃ de ipo canit ecclesia per orbẽ diffusa. Gloriã mũdi sprezit ꝛc. Pro gra. Aue maria. Gloriã mũdi sprezit cum suis oblectationibꝫ ꝛc. In verbis thematis duo innuunt ex qbꝫ venit cõmendandꝰ btus Valentinus. Primo eiꝰ humilitas i cõtemnendo gloriã vanã huiꝰ mũdi cũ suis blandicijs cũ dr. Gloriã mundi sprezit. Secõo eius põtificalis dignitas quã adipisci meruit deo inspirãte cũ subiungitur. Ideo prouehi meruit ad summũ sacerdotij gradũ ꝛc. ¶ Circa primũ est notandũ q̃ ad spernendũ ꝛ ptemnendũ gloriã huiꝰ mũdi merito hõ qlibet moueri dz ex eo q̃ oia q̃ sunt in mũdo sunt caduca ꝛ transitoria. Qđ bene oñdit Holgot in libꝫ. Sapie sup hꝫ ẏbo Sap. ij. Quia ex nihilo sumus et post hoc erimus tãq̃ nõ fuerimus ꝛc. dicens q̃ cõtra malitiã vane glorie siue ptra gloriã huiꝰ mũdi valde expedit recogitare qđ eueniat de illo delectabili qđ mouet hoies in pñti vt si est honor, dignitas, diuitie, sanitas, aut pulcritudo ꝛc. quõ tandem oia ista sunt caduca ꝛ transitoria. Sm illud j. Joh. ij. Mũdus trãsit et cõcupiscentia eius. qđ exponẽs btus Augꝰ. sic dic. Ecce inqt mũdus trãsit et ꝓcupiscentia eius. qđ vis ergo vtrũ amare tpalia et transire cum tpe. an christũ amare et in eternũ viuere, et subiungit. Rerũ temporaliũ fluuius transit: sed tanq̃ iuxta fluuiũ nata arbor est dominus ihesus xps. raperis i preceps tene lignum. Voluit te arbor mundi tene xpm. q̃ si amatis istam miserã fluidãq̃ vitã vbi cum tanto laborevniuitis q̃nto magis amare debetis ipam vitam eternã. vbi nullum dolorem sustinebitis. Vulpecula transitura glaciem apponit aurem ad glaciem et si audit aquã currentẽ fortiter sub glacie nullo mõ cõfidit de illa glacie: quia est nimis tenuis ad supportanduz eam. Ista cautela vti debemus cõtra gloriam huius mundi Nam huius mũdi gloria est quasi quedã pulcra et splendẽs glacies: quia delectabile est honorari ab hoibꝫ pasci, potari, delicate vestiri, et habere magnam familiã cui

possit imperare, sed cauendū est quia glacies ista est valde fragilis, ausculta diligenter z audies murmur aquarū transeuntiū sub ista glacie. i. multorū populorū. Juxta illud Apoc. xvij. Aque multe populi multi. Aduerte et audies qz mō transit vn⁹ rex in mortē, mō vnus comes, modo vn⁹ episcopus, mō miles, mō militaris, mō pauper, mō diues, modo senex, mō iuuenis, et sic de aliis multis. Ubi ps. Periit memoria eorū cum sonitu. Ideo de ista glacie nō est cōfidendū. Hec Bolgot vbi sup in fine lectionis. xvj. Ex illo patet qntum periculū est honores z gloriā huius mūdi appetere Nā qnto status altior tanto casus grauior. Uentus eim plus flat in loco superiori qz inferiori. Ideo ibi maius est piculū. Hinc est qn carpentarij z latomi habēt ascendere ad loca alta z piculosa: vt sint magis securi penes se portāt aliqd ponderosum in manu p qō dicūt se magis esse securos qz si haberēt manus vacuas. Sic illi q sunt in gradu superiori sunt in piculo maiori p̄pter ventū elationis z mūdane vanitatis. Autuz ergo ꝓsiliū est talibz qz semp in manu aliqd habeāt vt vicz abundent in opibz bonis z specialr in elemosynis. Hāc autez gloriā mundanā btūs Valentinus totaliter spreuit, vt ptz ex eius vita, et pontificalē dignitatē inuitus suscepit, putās se tali indignū licet a deo electus extiterit. Hec de primo. Scōo in verbis thematis innuit pontificalis dignitas bti Valentini cū subiungit, et tō puebi meruit ad summū sacerdotij gradū. Ex q patz qz btūs Valentin⁹ p̄pter eius humilitatē z mūdane glorie cōtemptū a deo electus est i summū sacerdotem id est pontificē. Ꝛ Pro q est notādum qz pontificalis dignitas est supma dignitas in statu spūali, et ista maxime ostenditur ex dignitate sacerdotali. Habet eim pontifex oēs p̄rogatiuas sacerdotalis dignitatis in cōi, et vltra hoc fulget qdā speciali p̄rogatiua in ordinibz ꝓferēdis, in renatis fonte baptismatis cōfirmandis et in oleo sancto z chrismate ꝓsecrādis, in cōsecrandis ecclesijs z de illis ordinādis zc. Jō dicit in canone. xl. di. ante oīa. Nihil est in hac vita z maxime in hoc tpe difficilij⁹ laboriosius z piculosius epi ps̄byteri aut diaconi officio, sed apud deū nihil beatius: si eo modo militet quo noster p̄cepit imperator. Ex q ptz qz cognita dignitate sacerdotali facile nunc erit cognoscere dignitatem pontificalē. Sed diceret qs, ex qbz pōt cognosci dignitas sacerdotalis ordinis, et q merito illoz status est honorand⁹. Rñdet qz ex septē specialibz p̄uilegijs q nulli alteri nō sacerdoti ꝓuenīūt zc. Primū qz qlibet sacerdos est ad min⁹ septies plus qz laicus ad specialē cultū dei cōsecrat⁹. Secundū: qz qlibet sacerdos habet vltra laicū septez caracteres anie. Tertiū qz qlibet sacerdos habet effect⁹ clauiū regni celestis. Quartū qz qlibet sacerdos habet potestatē corpus xp̄i conficere. Quintū qz sacerdos est velut archangelus Gabriel. Sextū qz sacerdos est vtilissimū ecclesie membrū. Septimus qz vita boni sacerdotis tota est angelica zc.

L Sunt ergo hec septē p̄uilegia p̄pter q qlibet sacerdos est multū honorand⁹ ab alijs et in seipo diligēter custodiend⁹ a peccatis. z si sic: erit deo valde accept⁹. Primū ergo priuilegiū sacerdotis est. quia sacerdos ad specialē dei cultum est ad minus septies plus qz secularis cōsecratus. Nā ordines sunt septē: et i qlibet sacerdos specialiter ꝓsecrat. Ubi z in vulgari ordo ꝓ bñdictio. dicūt eim. Iste habet solū vnā benedictionē vel duas zc. Et in qlibet ordine sacerdos recipit specialē gratiā sacramentalē quarū vna est pfectior alia fm gradū ordinis. qz in qlibet deputat ad specialē actum diuinū ad quē gra exigit specialis. Si igit locus sacer vt cimiterū, ecclesia, et altare z vasa sacra, puta calix monstrantie et capsa eucharistie, et vestes sacre vt corporale, palle, indumēta sacerdotalia z hmōi sunt reuerenter tractāda, que tn oīa sūt irrōnabilia, cur rōnalis sacerdos septies sacratus deo nō plus esset honorand⁹. Recipiūt eim sacerdotes cōiter a principio qtuor ordines simul, vicz hostiariatū, lectoratū, exorcistatum, et accolitatū, postea successiue subdiaconatū, diaconatū, et sacerdotiū. licz aliq a pncipio solū recipiūt pmā tōsurā siue fm alios psalmistatū zc. Itē si nō licz laico tāgere vasa sacra, scz calicē, capsam zc, p conseruanda eucharistia sacrata. Itē nec pannos in qbz eucharistia locat, puta corporale, qsto min⁹ sacerdotē ledere q eucharistiā cōsecrat z suis manibz tractat. Ideo eccl̄ia

statuit rationabiliter oēs illos excōicatos maiori excōicatione q̄ mittūt manus violentas in clericos, vt dicit canon, si q̄s suadente, xvij, q. iij. Secundū ꝓuilegiū, q̄ q̄libet sacerdos habet vltra laicū septē caracteres anie sue impressos specie differētes indelibiles p q̄s hic et in futuro iudicio sigue in eterna patria ab alijs cognoscet in q̄ ordine fuerit, que signacula el cedent i magnum gaudiū si saluabit z in magnū tormentū si damnabit. Jō cuilibet sacerdoti orandū est illud ps̄. Fac mecū signū i bono vt ꝯfundant z reuereant q̄ volūt mihi mala, puta demones inducētes ad peccata Tertiū q̄ q̄libet sacerdos habet effectus clauiū regni celestis: saltē vbi habet populum sibi cōmissum, ſm illud Matth. xvj. Tibi dabo claues regni celoꝝ: et quodcūq̄ ligaueris sup terrā erit ligatū z in celis z̄c.

Vbi dicit s. Tho. q̄ clauis realiter est caracter sacerdotalis cuius effectus est septuplex. Primus peccata delere si reperit in cōfitente, et hoc dispositiue. Secūdus macūlas pcōꝝ tergere. Tertius gratiam acq̄rere dispositiue. Quartꝰ penā purgatorij minuere. Quintus pena satisfactoria ligare. Sextꝰ excōicare q̄ locū habet in episcopo sacerdote archidiacono vel electo iurisdictionē habente. Septimꝰ indulgentias dare, et hoc si est ep̄s cardinalis vel legatus z̄c. Quartū q̄ sacerdos habet potestatē corpus christi cōsecrare, et ille est nobilissimꝰ actus sacerdotis etiā epi in eccl̄ia dei vicz cōsecratio eucharistie. Nā oēs alij ordines disponūt ad eucharistie ꝯsecrationem. Uñ primi tres faciūt ad populi ꝓparationē, q̄ hostiariꝰ hz amouere malos homines, vicz hereticos z excōicatos. Exorcista demones expellere. lector ꝓphetias legere z sic ꝑticulariter instruere, sed alij q̄ttuor magis ꝓpinq̄ deseruiūt ad eucharistie ꝯsecrationē, q̄ acoliꝰ hz materiā ꝯsecrandā ꝓparare in vasis nō sacris. subdiaconus hz eandē materiā disponere in vasis sacris in q̄bꝫ fit ꝯsecratio. diaconꝰ materiā sic ꝓparatā hz sacerdoti offerre ad ꝯsecrādū. Sacerdos ꝯo habet materiā sibi oblatā cōsecrare. Ultra hos ordines q̄dā ponunt primā tonsurā siue psalmistatū z episcopatū, et sic essent nouē ordines iuxta novem chorꝰ angelorꝝ. Attamen theologi dicūt q̄ in episcopatu nō imprimitur specialis caracter sed dilatat p̄cedēs, vicz caracter sacerdotalis, et extendit vt maiorē habeat potestatē q̄ alius sacerdos. Causam dant q̄ ordines distinguūt ꝓncipaliter penes ꝯsecrationē eucharistie ad sensum dictum. Modo epūs nihil amplꝰ hz facere ad ꝯsecrationē eucharistie q̄ alꝰ sacerdos Nisi forte tā diceres q̄ haberet excōicatos absoluere. Hoc aūt etiam hz facere nō ep̄s habēs iurisdictionē vt sup̄. Ita psalmistatus nō esset specialis ordo nisi large capiēdo ordinē incōꝝtū ascribit ꝓuileglo clericali Existo ꝑz quō sacerdos speciale priuilegium z potestatē habet in ꝯsecratione eucharistie. Hanc autē potestatē nullus alꝰ homo habet, imo nec angelus, imo nullꝰ alius q̄tumcūq̄ sctūs et doctus sciēs aut bonus. Ecce sacerdos eū q̄ creauit celū et terrā trāssubstātiare hz z eū quē castissima mater z virgo semel genuit q̄tidie q̄dammodo regenerare pōt. Merito ergo sibi timere habēt cū sacerdotib⁹ fornicatoribus. Quintū q̄ sacerdos ēvelut archangelꝰ gabriel z celestis q̄dā paranymphus mediās inter deuotā animā vel sponsum ecclesiā z xp̄m eius sponsum cū celebrādo orat et offert vota animarū summo patri z clementiā patris renūciat populis, et demū ꝯiungit xp̄m sponsum cuilibet homini deuote misse assistenti. Est etiā sicut baiulus doni nobilissimi cōtenti in scrinio specierū sacramentaliū. O q̄nte dulcedinis z ꝯsolatiōis est deuoto sacerdoti tantū sacramentū verbo ꝯficere, p̄ oculis habere, manib⁹ ꝯtrectare, ore sumere, alijs ministrare. Sextū q̄ sacerdos est valde vtilis imo vtilissimū membrū ecclesie, q̄ nullꝰ christianus rite efficit necessitate excepta nisi p̄ sacerdotē, nullꝰ in xp̄i militē cōsecratur nisi p̄ sacerdotē ep̄m ī ꝯfirmatiōe, nulli peccatū dimittit ab aliq̄ post deū nisi p̄ sacerdotē, imo oēs aīe fame p̄irent si nullus sacerdos eucharistiā cōsecraret, nec aliq̄s melꝰ munirī pōt ad mortem q̄ p̄ sacerdotē absoluentē, vnctionem extremā et eucharistiā dantē, nec q̄s fructuose matrimoniū ꝯtrahere z in ipo benedici pōt nisi p̄ sacerdotē. Quis etiā animabꝫ in purgatorio sic subueniret si sacerdos non esset: cuꝫ eis salubrius subueniri nō pōt q̄ per eucharistiaꝫ, vt dicit Grego. iij. dialo.

Immo nec p pctōre hic maius fieri pōt q̄z vt p eo xp̄us deo patri offerat in eucharistia, vt dicit sctūs Tho. Ecce nunq̄d sacerdos merito est honorand⁹ q̄ tā vtilis est ecclesie, Timeāt ergo sibi merito q̄ offendūt sacerdotes verbo aut facto, cōfundant tā q̄z heretici, dicūt, Si nullus sacerdos esset adhuc viuere vellemus in catholica fide, Quō em̄ verū esset enangeliū si nullus sacerdos esset, imo nec verba xp̄i vera essent, Dixit em̄ xp̄us Mat. vlti. Ego vobiscum sum oib⁹ dieb⁹ vsq̄z ad ꝯsūmationē seculi, Nō aūt loquebat de sola diuinitate, quia nullus dubitat fidelis ip̄m fm diuinitatez esse vbiq̄z, sed dixit, Ego, s. deus z hō, hoc aūt quō verū esset si sacerdos missam non celebraret, vbi em̄ xp̄s esset nobiscū fm humanitatē nisi sub specieb⁹ panis z vini, Ecce q⁹ euangeliū verū nō esset et p cōsequēs nec verba xp̄i si nullus sacerdos esset, Audi hoc hereticе, audi hoc tu inimice totius cleri: et scias te potius hereticū q̄z xp̄ianuz esse zc, Septimū p̄uilegiū, q⁹ vita sacerdotis bona tota est angelica. Quidā enim angelo⁹ fm Dionisiū et Damascē, in celo habēt deo assistere, sacerdos vero in terra idē habet facere in altari i choro, Alij in celo z alibi deo ministrāt, sacerdos aūt idem in officio facit, p̄ter hec oēs angeli in celo habēt triplicia officia, vicz laudare, bñdicere, et p̄dicare: q̄ in terra sacerdoti sunt p̄pria Ecce q̄z̄ta dignitas sacerdotis, Ideo legit sctm̄ Franciscū dixisse sepi⁹, Si sctō cui⁹q̄z de celo venienti et paupculo alicui sacerdoti me cōtingeret obuiare: ad sacerdotis manus deosculandas citius me ꝯferrē: et sctō dicerē, Expecta sctē Laurenti, q⁹ manus hui⁹ verbū vite ꝯtrectant z vltra hūanū aliq̄d possidēt, Si q̄ sacerdos tā sctās man⁹ habet, o q̄z̄tū cauere hz ne illas polluat z xp̄m agnū ūmaculatū illis cōtingat, O q̄z̄tū detestat xp̄s nat⁹ de virgine tangi manib⁹ pollutis a meretrice, Quantus ergo timor merito inuadere dz sacerdotē q̄ luxuria pollut⁹ audet suis manib⁹ xp̄i purissimū corp⁹ cōtrectare, Aduertat ꝑ quilibet sacerdos z semp sit in timore, semp inuigilet ne indigne xp̄i corp⁹ tāgat, Ex p̄dictis eliciunt alia documēta, P̄rimū q⁹ oīs homo secularis etiam q̄z̄tumcūq̄z potēs et magn⁹ in magno honore tenere debet sacerdotē bonū siue malū, ptz ex dictis p̄allegatis, pter q̄ maxio honore (unt digni, Jō Dauid Saul malū inimicū suū capitalē t mortalē ledere noluit: q⁹ vnct⁹ erat, j. Reg. xxiiij, Quanto magis sacerdos dignus est vltra regiā potestatē q̄ xp̄i corpus cōficere hz: qō nulli vnq̄z regi nō sacerdoti p̄cessuz est, Ita Cōstantin⁹ imperator cū intrasset locum Nicenū ꝯciliū et quosdā p̄res reperiret inter se iurgia hre: acceptis ab eis oīm iurgio⁹ z q̄rimoniarū libellis eos in sinu colligens fecit cremare: ne alicui hoīm innotescere posset pctm̄ sacerdotuz: et ep̄os ad se ꝯuocās dixit, Ite z inter vos causas v̄ras disponite, q⁹ dignū est vt nō iudicem⁹ deos, Et habent verba, xlj. q. j. sacerdotib⁹, et ea, q. cōtinua, §. item Cōstantinus, dicit q⁹ Constantin⁹ in Nicena synodo p̄sidēs ait, Vos a nemine iudicari potestis: q⁹ ad dei solius iudiciū reseruamini, Ubi dicit glo. interl. A nemine sc̄z seculari iudice ad soli⁹ dei, id est clericoz q̄ dū appellant, vt in p̄fato, c. sacerdotib⁹, Ulū, xcvj. di. in. c. In scripturis, fert Cōstantinū dixisse, Vere si p⁹ p̄ris oculis vidissem sacerdotē dei aut aliquē eoz q̄ monastico, i. monachali habitu amicti sunt peccantē: clamidē meā explicarem z cooperirē eum ne ab aliq̄ videret.

O Expdictis scdo infert tale documētū q⁹ grauit peccāt sacerdotes raro celebrā tes vel i diuinis indigne ministrātes z peccatis mortalib⁹ se inquinātes, patet, q⁹ fm Grego. cū crescūt dona crescūt z rōnes donoz, Et seruus scies voluntatē dñi vapulabit plagis multis si nō fecerit eā, Lu. xij, Ideo etiā xp̄s maxie in sacerdotes inuexit malos cū multiplex ve eis p̄dixit Matth. xxiij. dicēs, Ue vob scribe hypocrite qui comeditis domos viduaz, ve vobis duces ceci, ve vob scribe et pharisei q̄ sile's estis sepulcris dealbatis q̄ affozis apparēt hoib⁹ speciosa: int⁹ aūt sunt plena ossib⁹ mortuoꝝ rū, z sic de alijs, Ita z grauit xp̄s sacerdotes arguit: eoz vendētes z emētes de tēplo eiecit, Mat. xxj. P Tertio infert ex dictis q⁹ ꝯuiter peccāt q̄ sacerdotib⁹ cooperā tur ad peccādū, puta ludēdo, crapulose cōuiuando, et p̄sertim luxuriādo, tactu, ꝓbis, munusculi, vel actib⁹, q⁹ oēs tales maculāt sacerdotes dñi z indignos faciūt maximis bonis q̄ facere possent sine talib⁹ pctis.

Q Quarto patet q̄ peccāt grauiter sacerdotib⁹ detrahentes, qz tales tenēt maxīmo honore honorare ex dictis z nō infamare, ſm illud Exo. xxij. Dijs nō detrahes et ꝓncipi populi tui nō maledices. Quito sequit q̄ parētes cognatiz nutricij sacerdotū bonoz deo multū regratiari tenēt z letari debēt q̄ eoz ministerio aut auxilio aliquis fact⁹ est sacerdos, patz, qz participes sunt specialius bonoz operū sacerdotū q̄s plures alij. Ex illis finalit ꝓz q̄ si cōiter sacerdotes sunt tāto honore ꝓsequendi q̄tuz tunc debent honorari summi sacerdotes, puta episcopi, archiepiscopi, patriarche, ꝓmates, et ceteri supiores, q̄ntū etiā papa q̄ est sup oēs. Si ergo tanto honore digni sunt hic ī terris: q̄ntis laudib⁹ extollere debemus eos q̄ postq̄ hic digne sacerdotio functi sūt nūc triumphāt ī celis, certe tanto ampli⁹ q̄to apud deū exultāt mirabilius, certe tāto efficacius q̄to p eos de⁹ miracul̄is chorusc̄at hic in terris felici⁹. Digne g̃ sūmis honorib⁹ dign⁹ est noster patronus b. Valentin⁹ cui⁹ tot sūt miracula q̄ ea enarrare nō sufficit mortal̄ lingua. Si hec fecit cū esset ℔ in mūdo: q̄d faciet nūc apud deū. Orem⁹ g̃ hodie sctm̄ Valentinū vt sicut ipe in ℔ mūdo gloriā hui⁹ mūdi ꝓtemnere et soli deo adhesit: ita gratiā nobis impetret q̄ tp̄alia trāsitoria ꝓtemnere z celestia amare valeamus.

De cōuersione sancti Pauli apli.

Sermo XXVII.

